INQUISITIO
IN
Naturam & Obligationem
JURIUM LEGALIUM:
Cum reſpectu ad
Populares Prætextus
RESIDUI PENES
Nuperorum
Regem *Jacobum* Juris
AD
CORONAM *ANGLIÆ*, &c.

In Exteriorum partim gratiam ex *Anglicano* in *Latinum* converſa.

LONDINI:
Impenſis *R. Cumberland* apud *Angelum* in Cœmeterio D. *Paulini*, 1694.

INQUISITIO

IN

JURIUM LEGALIUM

Cum relatu ad

BIBLIOTHECA BODLEIANA

AD

CORONAM ANGLIÆ &c.

In Parliamento Quinto Septembris 1678.

LONDINI:

INTERPRES
AD
LECTOREM.

CUM Eximij hujusce Tractatus Authori latére placuit, Modestiæ illius morem gerendum censui; nec eum ideo curiosius vestigavi: Hoc autem absq; offensione illius possim dicere, plurima in eo occurrere, quæ il-

lum si non virum summum, certe peraccuratum, rebusq; in civilibus versatissimum abunde clamant & eloquuntur. Pensum certe quod hic sibi sumpsit, vel Invidia ipsa Judice, egregie absolvit. Praesentem enim constitutionem firmis adeo rationibus astruxit, commentitiumque nuperi Regis jus validissimis machinis evertit, ut nemo, quod sciam, adhuc, publice contra eum hiscere, vel mutire ausus

eſt. Sed dum illi æquus eſſe velim, abſit ut erga alios non minus de optima cauſa bene meritos, eos prorſus reticendo, iniquus & injurius eſſem, qui præclaris ſuis, nec unquam interituris ſcriptis eam propugnarunt: Quibus Præcones ſui, forte & interpretes, non deerint. Ductorem me parum idoneum fateor; ſed talem fortean præſtabit eſſe quam nullum. Tractatum hanc igitur, utpote, inter plurimos ſa-

ne perquam insignes, non modo noviſſimum prope, ſed & teſtatiſſimum ſimul, quem Latine verterem, ſelegi. Ut enim Lingua publica, publica cauſa ageretur, æquiſſimum cenſui. Omnes igitur, quotquot vere illius fautores ſunt, mihi, ſi non favebunt, parcent ſaltem. Si me, inquam, minus probabunt, certe non damnabunt & explodent: Bene enim vel volentem tantum, periniquum eſſet male

tractare.

tractare. Ad Versionem autem ipsam quod attinet, quæ ab ipsius Authoris pretio & dignitate prorsus præsidium petit; sane Religio mihi fuit, ab eo, quantum potui non discedere: Nec tamen adeo serviliter me illi addixi, ut verbum pro verbo semper redderem, non adeo arctari & constringi placuit. Satis duxi, si (uti par erat) illius sensum mentemq; quam sincere & fideliter poteram, exhiberem. Nec

æqui

æqui candidiq; Lectores, (quorum rationem tantum habeo) ultra flagitabunt. Ad Criticorum enim vulgus quod attinet, qui omnia hic ad amussim absolvi volunt, næ, eos non magis moror, quam rigidos illos & iniquos Censores, qui cum ipsi nihil in medium proferre valeant, alios allatrando & carpendo semet venditant. Si autem minus elimata sit, vel numerosa oratio, id quadantenus lemmati

tribuendum est, quod cum adeo nodosum sit, limam, cultumq; (si quem adhibere potuissem) vix admitteret. Imo plane ridiculus hic, omnis affectatus Styli nitor, quæsitæq; veneres. Quod si prolusione hac, alios magis expertos & exercitatos in eundem pulvrem, in quo se insignire possint (si non & Patriæ servire) pellicerem, causamq; cui semper favetam, semperq; nisi delirravero, fauturus sum,

vel

vel tantillum promoverem, ejus abunde fructum cepi. Nec enim, si vel bene me præstiti, laudem ullam aucupor; sola honesti, si non & laudibilis propositi conscientia contentus. Nec parum fortean intererit, quod foris sagaciores, quinam tandem inter nos vere sani sobriiq; sunt, ex hoc Libello facile judicabunt; & quam in promptu sit, non minus honestis rebus probrosa nomina, atq; probrosis, est ho-

neſta & ſpecioſa impo-
nere. Hoc ego certe in
votis habeo, ut ſtultas
noſtras diſcordias tan-
dem nos omnes ponere-
mus, & communi ſalu-
ti conſuleremus: Ut
magnanimi noſtri Re-
gis non minus ſecunda
eſſent quam juſta piaq;
ſunt Arma. De eo enim,
certe ſi de quoquam ju-
re dici poteſt, quod de
Dictæo Rege cecinit
Poeta,

Et cauſaq; valet, cauſamq; tuentibus armis.

Ut

Ut denique pacem, sed fidam, sed cui Bellum non sit implicitum, secum reducat

INQUISITIO

IN

Naturam & Obligationem

Jurium Legalium, &c.

SUpervacaneum plane mihi videtur Proteſtantibus probatum dare, magis e re ſua tam Spirituali fore quam civili, Proteſtanti, quam Papiſtico Regi, & Reginæ ſubeſſe; non magno igitur in diſcrimine a propudioſis iſtis libellis, mihi videtur Reſpublica, qui non inſcite conſcripti ſunt, noviſq; ſimultatibus conflandis enixius diſtribuuntur. Feſtivi admodum ſunt ii, qui nobis ſperant perſuadere, jura noſtra plus in tuto fore, Eccleſiamque Anglicanam, ſub nuperi Regis, ſi redierit, quam ſub Regis *Gulielmi* & *Mariæ* Reginæ auſpiciis adoliturum. Tenemus memoria ut dudum ſe res habuere, & uti nunc ſe habent, ſentimus; & ſi memo-

riæ noſtræ ſenſuumque teſtimonio fidem habere poſſumus, vel vaferrimi, in re adeo diſerta, noſmet tactare non poſſunt; pro conceſſo itaque habebo, Argumentum ab utili, arctiſſimis Obebedientiæ vinculis *Angliæ* ſubditos ſuis Majeſtatibus aſtringere.

Æquitatis autem jura præ omnibus aliis rationibus habitis apud omnes debent valere; ſeriuſque aut citius certe valebunt. Dum plurimis ideo perſuaſum eſt revolutionem nuperam, ut ut percommoda in ſe eſſe poſſit, nullo jure ſubniti, niſi arma acceſſerint, aliæ rationes non diu nuperum Regem excludere, præſenteſve ſuas Majeſtates in ſolio firmare valebunt. Unde palam fit, fruſtra eſſe alia omnia argumenta, donec de jure & injuria Quæſtio accuratius enodetur: Et plurima licet ſcite de eo dicta fuerint, non adhuc tamen ita conſtituta fuit, ut omnibus ſatisfiat. Nuperi Regis dominatu, juſta ſubditis ejus cauſa erat, cur illo carere cuperent, ab illo quandocunque ſoluti eſſent; ſi nihil ergo, niſi quod ipſemet admiſit, Rex *Jacobus* perpeſſus eſt; ſi ab obſequio ſuo ſubditos ejus liberavit; ſi Rex *Gulielmus* & Regina *Maria* authoritate

thoritate regia licite vestiantur, non difficile erit, omnes, quotquot pacem & fœlicitatem, religionem, patriique soli privilegia chara habent, securos, contentosque, & pro mutatione tali gratos reddere.

Et ut res hæc diserte ponatur, tuiq; prætextus juris æquique a parte nuperi Regis ut tollatur, quo jure Principes soliis suis insideant, necesse erit dispicere. Periculosa principio videri possit hæc disquisitio, sed haud noxia liquibet in se esse; & sane circa jus fremitus, quibus tot turbantur, horumque regnorum pax & tranquillitas interpellata est, quiq; novos motus, rerumq; inclinationes nobis indies minitantur, me cogunt perpauca quædam, quæ semet probant, vera dicere, quæ Pricipibus fraudi non erunt, subditisque plurimum favebunt.

Integra rei hujusce solutio unica nititur quæstione (si Quæstio dici possit casus adeo luculentus) *viz.* utrum naturale, an legale tantummodo ad Solia eorum Principibus jus sit?

Merito, ut existimo, pro concesso habeam, nulli Principi aliud jus, quam quod jus Terræ jurave Gentium illi

indulgent ad Solium ejus competere; licet enim pro naturali & Patriarchali Regum jure, acriter nonnulli contenderint, adeo paucos tamen secum sentientes habent, ipsaque Hypothesis adeo nova est, incertisque subnititur conjecturis, Reique Facti, generalique Gentium omnium usui adeo repugnat, ut de eo cujusvis contendere non interfit; Quisquis arcanum rescire velit, secundum Bibliothecæ Pol. Dialogum legat, nunquidque exinde elicere queat, videat.

Cui enim, quænam Patria & Patriarchalis potestas fuerat, constat? Num civilis & politica, vel œconomica tantum jurisdictio, quam in liberos suos etiamnum Parentes habent, vel non multo major? Hæc quo pacto descenderit auctoritas, quis novit, quidque inter auctoritatem summi Patris, & proximorum in liberos suos Parentum, intererat? Annon hoc pacto orbis universus, una sub imperio seniioris familiæ linealis hæredis, jure naturali Monarchia evadat? Quomodoque tunc, contra jus naturale in tot despoticas liberasque monarchias orbem describi contigit? Annon Respublicas hoc omnes,

nes, tanquam tot in monarchiæ juræ naturalia invaſiones explodit?

Si enim naturalem penes hæredem ſit, jus naturale regiminis, præter Monarchiam, omnes aliæ dominatus formæ naturæ repugnant, & in jus naturale involant.

Sed in medio hoc omne relinquatur; ubi nunc temporis, terrarum, eſt Monarcha, qui ſtirpem, filiumque gentilitium, ab antiquo aliquo Patriarcha deducat, cui jus hoc naturale dominatus competiit? Annon, quomodo inceperint permultæ Monarchiæ, nobis conſtat, quibuſque vicibus obnoxiæ fuere, ut ſe ad regale faſtigium Piratæ Prædoneſque promovere, novaque regna fundarunt, novamque regum proſapiam inſtituerunt? Hique omnes num lineales regnorum eorum quæ ſubegerunt, hæredes fuere? Et tamen, ſi minus eſſent, quo pacto jus dominatus naturale & Patriarchale, iis poteſt competere? jura enim naturalia, a naturalibus illis relationibus, a quibus oriuntur, nequeunt divelli.

Perabſurda ſunt hæc; hiſce tamen hominibus in hoc æquus ſim oportet, nullum ad civilem dominatum jus na-

turale esse posse, nisi paternum Patriarchale jus possis invenire; præter naturalem etenim parentum potestatem, jus aliud dominatus naturale non est: (de jure etenim ad imperium, non de natura ejus, & ingenio nunc loquimur:) ideoque licet Reges in paternam auctoritatem succedere concederemus, illisque idem in subditos suos jus competere, quod parentibus olim in liberos competiit (quod, vereor, si rite statuatur, an multis regibus placeret;) hinc tamen idem iis ad solia jus naturale competere, quod Parentibus ad eorum auctoritatem competit, nequaquam sequitur. Disparilia plurima ad idem potestatis genus jura esse possint; sed qui extra paternam est lineam, nec jure primogenituræ Patrii juris hæres evadit, jus naturale patrium ei competere non potest.

Quod enim ad naturalem in hæreditaria Monarchia descensum attinet, ubi linealis proximus hæres succedit, quem vulgo Principem naturalem, Principemque natum nuncupamus, qui ei ademptis hæres est, quod, illius est patrimonium; jus hoc naturale non esse, sed a legibus oriri, patescit. Si jus

jus enim naturæ hoc esset, electivis Monarchiis, naturæ jura forent temerata. Si jus hoc a natura præscriptum esset, ut hæres proximus Parenti in regno succederet, idem proximo Regum omnium hæredi jus competit: Æqualia etenim & generalia sunt naturæ jura; tumque ut subditi ulli præter naturalem hæredem Regem ullum recognoscerent vel cooptarent, juri repugnat naturali: Eadem in regnis omnibus successionis jura sint, necesse est, quæ nunc admodum discrepant; nihil inter Hæreditaria, Patrimonialia, Electiva Regna interesse oportet; Hæres etenim proximus linealis, Rex semper sit, necesse est. Primo uniuscujusque Familiæ Regi nullum jus naturale competere potuisse indubium est, nisi ad invisibilem Patriarchalem potestatem recurrendo; & si nullum ipsi competebat, quomodo jus illud ad Posteros, quod ipse non habuit, transferre poterat? Sed hoc ultra non premam, cum vel inter Regis *Jacobi* potestatis vindices, cordatissimi, ultra jus legale non prætendant.

»Eorum demum jurium legalium naturam, præsertim cum ad Principum,

cipum, ad solia eorum, jura, respectu ponderemus

Circa jura legalia (neq; alia ad Solia ipsorum, sunt Principum jura) integra disceptatio, in leges Terræ resolvatur, oportet; ideoque scitorum Popularium naturam, ambitum, obligationem perpendamus necesse est; jura enim mere legalia, mutationibus omnibus, restrictionibus, limitationibus, diminutionibus, quibus obnoxiæ sunt leges, necessario subjici oportet. Totque hic pensanda sunt, ut non facile in ordinem redigantur; sed ea primum, quæ nuperi Regis proxime jus spectant, persequi maxime expediet.

I. Quando illud fit, quod lex vult fieri, legi satisfit, nec ultra ea lege in conscientia tenentur subditi, cum quæ imperat præstitere. Ita successionis legi satisfit, cum proximus hæres linealis in Solio locatur, & cum hoc subditi præstitere, quod jus illi hæreditarium negarunt, nunquam in posterum insimulari queunt, cum re illud ei dederunt: Hic R. *Jacobi* casus fuerat, licet Protestantes subditi illius merito a Papistico Rege timuere, eum tamen cum usitatis omnibus solemnibus coronarunt,

narunt, eumque cum omnibus legis cæremoniis pro Rege recognovere. Adeo ut *Angliæ* subditi nunquam negarunt, nec ad hodiernum usque diem, *Jacob.* ii. ad coronam jus hæreditarium negant. Illud agnovere, illiq; tribuere, habuitque, si retinere voluisset; hocque in solidum legi successionis satisfecit. Sed si Solium Rex deseret, vacuefacietque, non tenentur subditi lege successionis, illud ei retribuere, sed hæredem proximum in illud evehere. Longe alia *Edvard.* iv. & *Carol.* ii. erat ratio; lineali serie indubitati coronæ hæredes illi fuere, jureque suo iniquo prohibiti, ideoque eos in integrum restituere subditi tenebantur: sed non est Quæstio, nec unquam fuerat, num Hæres legitimus R. *Jacob.* fuerat, sed num legitimus Rex etiamnum sit, cui obsequium nostrum debetur, & quod aliquando hæres legitimus fuerit, eum nunc legitimum Regem esse non arguit, eive iterum ut sit, jus competere. Si lege tantum jus illi supperit, eam reperire, vel ex aliis audire, legem nunquam potui, quæ jus illi resumendi indulget, quod illi dimittere semel placuit; *Angli*æque subditi per consequens,

dum

dum ad abdicatum ab eo Solium eum reſtituere detrectant, jus nullum illi denegant: tumq; de jure & æquitate in quantum in ea jus ſucceſſionis vertitur, faceſſit controverſia.

II. Jura omnia legalia legali alicui judicio ſubſunt, aut declarationi decretoriæ, eaque decidi oportet; regulaq; eſt, quoad judicatos tales caſus, & reſolutio conſcientiæ, iſtiuſmodi judicium. Nulla enim alia nobis, in rebus juris, ſuppetit regula, præter judicium legale, ſive ſententiam, talique ſententiæ, quæ a legali & idonea poteſtate fertur, obſequium a nobis imperio debitum, nos cogit acquieſcere: Adeo ut regere & judicare ejuſdem ſit Authoritatis, neceſſe eſt. In quantum alicui obſequi teneor, illius ſententiæ non propriæ me addici oportet, cum a noviſſima præſertim, a qua nulla eſt provocatio, judicatura fertur. Præſenti noſtro caſui hoc demum applicemus.

Surripuit ſe & authoritatem ſuam nuperus Rex, noſq; nulla regiminis cura habita, deſtituit: Solenni hac occaſione conveniunt regni Ordines; Abdicationem, hoc, & regiminis Deſertionem judicant, Soliumq; vacans pronunciant,

nunciant, præſenteſq; ſuas Majeſtates in illud efferunt. Quæriturq; nunc, annon legale & decretorium adeo, hoc ſit judicium, cui omnes *Angliæ* ſubditi debeant acquieſcere? Si de licitis juribus controverſiæ, lege, non gladio dirimendæ ſunt (quo, jus, non civilis authoritas decidit) judicum idoneorum calculo lis dirimatur neceſſe eſt; & ſi regni Ordines, legales idoneiq; earum controverſiarum, quæ jus ad Coronam ſpectant, arbitri non ſunt, nulli eſſe poſſunt; & ſi ſint, eorum judicio ſubditos ſtare vel perinde eſt atq; ſi nulli fuerant, oportet. Si enim conſcientiam præ ſe ferre homines poſſint, privatiſq; ſuis opinionibus contra unicorum noviſſimorumq; judicum ſententiam finitivam adhærere, ab argumentis ad arma deveniendum, quod humanarum ſocietatum rationi & ingenio reclamat, quæ prævertendis bellis inſtitutæ erant, cunctiſq; ſine gladio per legalem ſententiam controverſiis tollendis.

Multa inique ab ignaris, corruptisve Judicibus fieri poſſe haud inficior; Lexq; quantum in ſe eſt, adverſus hoc optime proſpexit, ab inferioribus ad

ſuperiores

ſuperioresCurias appellationes permittendo: ſed ſi perperam judicet ſuprema, a qua nulla eſt appellatio, auctoritas, æquo animo niſi ut feratur, nihil habemus. Non tenemur quidem illud æquum reputare, quod iniquum eſſe novimus; in eo tamen, quoad effectus omnes juris, acquieſcere tenemur, perinde atq; illud æquum crederemus. Et ut ut grave hoc aliquando eſſe poſſit, non minus legibus, & civili poteſtate, neceſſarium eſt. Jura omnia legalia hoc modo tenentur, vel conditione, legitimove Judicio ſubeſſe; & licet iniqua ſententia ægre aliquibus eſſe poſſit, longe præſtat, ut in ea acquieſcere cogerentur, quam ut jus, eam ventilandi, iis indulgendo, periculum ſit, ne rerum ſumma turbetur penitus & permiſceatur. Coget privatos civile imperium, decretis ejus, æqua an iniqua ea eſſe judicent, ſubmittere; cunctiſq; ubi tenentur homines imperio obſequi, in caſibus, judicio publico ſubmittere tenentur. Adeo ut qualecunque jus Reg. *Jacob.* competere aliqui poſſe exiſtiment, lege, jus non eſt, quia adverſus eum, lege ſtatuitur; vel quodcunque etiamnum illi jus lege com-

competere, credi possit, jus tale, quod subditorum conscientias afficere possit, non est; noviſſima enim sententia finitiva, Legis decretorium est judicium, actionumque nostrarum, in quantum Lex nobis regula, norma est. Æqua an iniqua hæc sententia a privatis reputetur, nullum a Lege nupero Regi est subsidium (ea enim in Armis non est posita) & licet obsequii juramentis suis, Regem eorum, coronam ejus & dignitatem, adversus vim iniquam, tueri, subditi teneantur, eum contra Legem restituere non tenentur. Quivis etenim mihi dicat, velim, quo jure, quocunque in casu, contra noviſſimas Legis decisiones, vim adhibere subditi tenentur. Vis enim Legi adhibita civilis imperii, quousq; se extendit, est solutio. Cogitatu absonum, ut quavis constitutione politica, contra noviſſimæ authoritatis sententiam, ad gladium appellatio permitteretur; cum ad ultimam igitur provocationem deventum est, nil ultra Lex potest, & qui sub nutu Legum esse volunt, in ea acquiescant, oportet; & qui ulterius procedent, eos leges, juraq; legalia præ se ferre non oportet. Neq; hoc est authoritatem

regibus ſuperiorem inſtituere, quod cum Rex re imperium adminiſtrat, ſupremæ auctoritatis vel notioni reclamat; Ordines tantum ſolos controverſiarum omnium quæ coronam ſpectant, ubi Rex nullus eſt, judices conſtituit: Hocq; dum in imperio ſunt eruntq; Regibus inſidioſum eſſe nunquam poteſt.

Inveſtitura legitima & poſſeſſio, contra alios omnes titulos & prætenſiones, donec damnatur & reſcinditur, in Lege jus validum eſt. Hoc adeo pervulgatum, ut illud probari non attineat. Iniquiſſimus ſub civili dominatu poſſeſſor, donec coram idoneo tribunali injuria patefiat, Lexve adverſus eum ſententiam tulit, vi non eſt depellendus; multo minus cum quis juſta ſententia, falſis licet ſuggeſtionibus, curiæq; judicio vitioſo poſſidet. Licita tali poſſeſſione, omnia illius, donec reſciſſa ſit ſententia, acta, vel maxime legitimi poſſeſſoris actis æquivalent: Jus ei licet nullum eſſe credant tenentes, redditus illi ſuos pendant neceſſe eſt, idq; abſq; ullo ſcrupulo præſtare poſſint, quoniam Lex, quæ eorum norma eſt, id illi aſſignavit: tenenturq; debitaq, omnia munera & ſervitia illi, atq; maxime

legitimo

legitimo domino, cogi possint præstare.

Sicq; quoad publica & civilia munea se res habet. Legitima membri senatorij renunciatio, quæcunq; de electione ejus contentio esse possit, illi, qui sic renunciatus est, jus in Domo Communium sedendi confert, voxq; illius, cujusvis ibidem membri voci æquivalet, donec illius electio irrita pronuncietur. Ita qualis qualis de alicujus Urbis, Municipiive Prætore, Senatore, Vicecomite, Quæstore, possit esse alteratio (ut non ita pridem Londini evenisse novimus) qui usitatis solemnibus officium init, pro tempore, legitimus est Prætor, Senatorve, cunctaq; illius Acta licita, validaq; sunt, donec ei sit abjudicatum; civesq; omnes, etiam qui eum non rite electum putant, quicquid obsequij stationi illius & officio debetur, dependere tenentur. Hocq; jure merito interregnis prævertendis fit, quæ plus alicui Societati incommodant, quam ab aliquo, cui jus ad dominatum licitum non est, Regi. Hæcq; quoad supremam regiamq; potestatem longe validius obtinet ratio; si enim qui regia potestate licite indutus est

Rex, qui cum usitatis omnibus ritibus & cæremonijs legis, ab ordinibus regni in solio collocatur, pro legitimo Rege non recognoscendus est, & colendus, cum alia visibilis potestas non sit, de regimine, quantum in istiusmodi finem hominibus, actum est, cum nulla ad eam præsertim, quæ, cum regno admovit, authoritatem, sed ad gladium tantum est provocatio. Licita istiusmodi inauguratio, juris illius licita est decisio, adeo ut quæcunq; aliæ prætensiones titulive esse possint, illius, præ illis, titulum valere autumant; quod subditis, qui legum nutu regi volunt, finitivum sit, oportet; Quiq; in eo nolunt acquiescere, non ultra de legibus, ijs vel mutiendum est; Lex enim ijs adversatur, Lex nempe fundamentalis civilium, omnium Societatum, a novissima summaq; potestate, a qua nulla est provocatio, decernenda.

Legalis demum Rex est, qui justa auctoritate in solio collocatur, legaliſq; omnis obedientia & obsequium illi debetur. Lex Angliæ præter eum nullum alium regem licitum agnoscit: Capitalis Justitiarius Cocus, alijq; Juris-consultissimi statutum Perduellionis, 25 *Edv.* 3. hujus-

hujusmodi solummodo Regem spectare una sentiunt; illudq; sane alium velle, præsumi non potest, cum nulla alia, quando statutum illud condebatur, nisi istiusmodi regis notio erat; Regis enim de Jure, & Regis de Facto distinctio usq; ad Edv. 4. inaudita erat, plurimi licet Reges prius fuissent, qui sine linealis successionis titulo regnum tenuere, talisq; prærmature nimium distinctio tunc excogitata esset, nisi privatis subditis ut de Principum titulis sententiam, contra judicium publicum, Actorumq; nationalium majestatem ferrent permittere, in animo habuissent. Quum in alijs omnibus casibus, legales titulos, donec licite promulgantur, Lex non advertit, longeq; potius, cum non minor sit titulus, quam coronæ vendicatio.

Antehac Reges omnes, qui ad solium generali Populi consensione evecti sunt, pro licitis æque Regibus quoad omnia legis momenta habiti sunt: nobisq; in Historijs nostris omnibus animadvertere liceat, Regem nullum qui a populo unquam coronatus fuerat, tituli inopia, unquam plane destitutum vel depositum fuisse. *Gul.* 2. & *Hen.* 1.

cum ſeniore eorum fratre *Roberto* controverſiæ a Magnatibus quibuſdam erant diremptæ; ita inter Regem *Steph.* & *Henr.* 2. iis erat compoſita, quod a Parlamento Wintoniæ habito rati-habebatur: imo, eodem pacto inter *Henr.* 6. Ducemq; Eboracenſem iis ſopita eſt, qui coram Parlamento coronam ſibi vendicavit; ſed ut ut Ducis titulus liquebat, ut Rex, regia dignitate ſpoiliatus eſſet, Barones pati noluere, ſed ut durante vita ejus retineret, ſanxerunt. Et poſtquam excogitata eſt hæc diſtinctio, eam adeo incommodam ſubdito fore perſpexere, quandocunq; de jure ad coronam gladio diſceptatum erat, ut regnante *Hen.* 7. contra illud, Act. Parl. expreſſe cautum erat, quod declarat ſubditi obſequium, Regi pro tempore deberi, *i. e.* Regi, qui publico Reipublicæ judicio ſolium occupabat; quodq; nulli ſubdito quod tali Regi in bellis ſuis, ſerviret, nec domi foriſve, ut fidelitas eorum flagitat, ægre eſſet.

Diſertum, hoc, reſponſum ſuggerit ad Libellum, cui Titulus, Caſus Ligeantiæ, &c. Apodictice contra Capitalem Juſtitiarium Cocum Author, ille

ille autumat facere, statutum *viz.* Majestatis, Regem in possessione non posse intelligi, sine Titulo legali, quod a ratione alienum est, ut Lex, Regem ullum, præter eum qui jure Rex est, intelligeret, existimare; quod indubie verum est; non mere legalis attamen titulus, sed legalis institutio & Recognitio, Regem constituit legalem, sive Regem de Jure, uti licitum constituit Magistratum. Omnesq; tunc de Facto Reges qui a legitima potestate, cumq; licitis omnibus & usitatis ritibus, præfecti sunt, non liciti solum, sed & unici, quos Lex admittit, Reges evadunt.

Aliud ejus contra Legum majestatem, Argumentum est, eas tale quid admittere, ponendo: improba enim & iniqua Lex esset, ait, Principem in solio firmare, cui jus ad illud nullum competit; subditisq; pro tali Rege, licet forte contra legitimum eorum Regem, pugnantibus patrocinari. Quod, si nullum ad solia sua naturale, sed tantum legale Principibus jus competit, argumentum est perabsurdum. Jura enim omnia legalia, judicio legali subdi oportet; legalisq; possessio, contra vim

vim omnem, Lege, jus est: a parte enim ejus, qui Authore Prætore, possidet, semper est gladius civilis, qualiscunq; ejus sit titulus. Et sane ut solij, atq; fundorum tectorumq; legitimo possessori, gladius esset præsidio, æque par est. Huncq; velim Authorem percunctari, ponendo quod comitatus esset Vice-comes, annon adversus efferum *grassatorem*, eum sciret licet, vel legitimum hæredem esse crederet, illum, qui ex interdicto Prætoris hæreditatem teneret, absq; ullo scrupulo tueretur? Vel an inferiores, quorum est superiorum curiarum sententiam exequi, Magistratus, aliam nullam nisi quam illi ipsi æquam esse censent, sententiam exequi, in conscientia teneantur? Facessit civile Imperium, si hoc admittitur, omnesq; in Westmonasterienſi Prætorio Curiæ parum valent.

Ex tamen si licitum, imo si in consociationibus civilibus maxime intersit, legitimum possessorem contra jus præsumptum in hujusmodi casibus tueri, tum jure merito, regem, perinde ac subditos, contra alia omnia jura & prætensiones, in licita illius possessione defendere,

fendere, Lex noſmet poſſit jubere; & ſi Leges, civilis obſequij modi ſint, æquiſſimo jure, ſalvaq; conſcientia id poſſint ſubditi præſtare; unde conſtat, quod quidam aſſeruere, talia *viz.* jura Regalia, qualia hæc ſunt, in controverſia de Obſequio, contra licitum poſſeſſorem, non venire. Licita enim Poſſeſſio & inveſtitura, legale unicum eſt & plenarium Reipublicæ *ſtabilimentum*. Unde quantum hic Author fallitur apparet, quando, cum ad hanc controverſiam reſpectu, acriter adeo, contendit, Deum ipſum efficere non poſſe, ut jus impugnare licitum ſit, non magis quam ut æquum quod eſt, iniquum ſit; quod ad pure naturalia ethicave jura reſpiciendo, verum eſt, ſed in juribus mere licitis, non obtinet; quæ quoad effectus ullos legis, contra poſſeſſionem, nullius habentur momenti, donec juridice pronuncientur: & privati ſubditi proprie non eſt de ijs judicare.

Sed revera, Authori huic, Regum jura, non mere legalia (quæ non ultra, nec alia, quam Lex, jura ea eſſe admittit, ratione ſunt) ſed naturalia ejuſmodi & immutabilia jura, qualia Paren-

Parentibus ad liberorum, vel Deo ipsi ad mundi regimen competunt, videntur. Homines enim æque Deos de Facto (qualia erant Gentilium Numina, cum Delubris Arisq; se *ingessissent*) colere atq; Regi de Facto cum solium occupavit obsequium præstare posse existimat; quod non minus profanum, quam futile est & nugatorium; nisi credat, Legem, Deum instituere posse, atq; Regem potest instituere. Hæc, in transcursu, brevis sed cumulata duorum istorum Libellorum est revictio, *viz.* Casus Ligeantiæ, *&c.* & Def. Casus. Quicquid enim ad rem Author dicit, in horum duorum Principiorum alterutrum resolvitur, Legem, neminem, nisi cui legalis Titulus competit, Regem agnoscere; Regibusq; ad diademata sua jus Legibus superius competere, quæq; contra legalem sententiam, legalemq; possessionem subditos stringunt. Si eum hæc deficiant principia, reliqua ad nihilum recidere oportet: veraq; hæc an falsa sint, ad ea quæ jamjam dicta sunt, provoco.

4. Uti necessarium hujusce consequens & defensionem observo, ad coronam Titulum legalem, licitamq; imperij

perij administrandi potestatem posse sejungi: eum, cui Titulus competit, sine authoritate legali esse posse, legalemq; Regem non esse, posse; eumq; Regem legalem esse posse, cui antegressus titulus non competit; Indubium hoc est, si, quod etiamnum dixi, verum sit, Investituram *viz.* legalem & possessionem, in Lege, adversus omnes alios Titulos & Prætensiones jus esse validum.

Arcanum forsitan videatur aliquibus, quo pacto duo adeo inter se pugnantia jura legalia esse possint; licitum jus Titulusq; ad Coronam, absq; jure auctoritatem administrandi, quæ ad eam pertinet; jusq; legale coronam gestandi, auctoritatemq; quæ ei annexa est, administrandi, absq; antegresso jure legali ad coronam ipsam. Sed quicunque ratam illam distinctionem, inter jus ad rem, & jus in re, cum ratione ejus, ponderat, rem hanc facile tenebit. Rata est in Jure distinctio, alteria jus ad rem posse competere, alteriq; jus in ea: Alterum jus est, licitæ postulationis; alterum legalis Possessionis. Hocq; esse posse & debere in civilibus omnibus imperijs, licitisq; juri-

bus

bus, a diverſis legibus ritibuſq; quibus jura adeo diſparilia nituntur, liquet. Hoc prius innui, ſed ſingillatim magis illud exponere oportet.

In omnibus ſpeciales leges ſint, civitatibus, neceſſe eſt, quibus Hominum perſonalia & particularia jura ſint deſcripta; & iſtiuſmodi legibus quicquid cuivis debetur, jus illi ſicitum eſt. Scimus tamen ſine vivo judice Leges haſce nullam litem poſſe dirimere. Si enim unicuiq; in propria cauſa judicare licitum eſſet, unuſquilibet legem in partem ſuam trahet, tuncq; perinde foret, ac ſi nullis legibus ſepti eſſemus; ideoq; ſocietatum omnium lex primaria, quæ particularibus omnibus legibus eſt ſuperior, hæc eſt, quod noviſſima decretoriaq; imperij ſententia, lex habebitur, idq; quoad omnia legis momenta, quod illi hoc pacto adjudicatur unicuilibet jus erit. Quicunq; res placide perpenderit, ſine civitatum omnium interitu, ut ſecus ſe res haberet, impoſſibile eſſe perſpiciet. Fac demum, verum Patrimonij hæredem, vitioſa vel iniqua ſententia eo exutum fore, eademq; licitis omnibus, in iſtiuſmodi caſibus, rationibus adhibitis, in poſſeſ-

ſionem

ſionem ejus alium venire, hæres bonæ fidei, licet non ſit; hic jus eſt ad Rem, & jus in Re; vero, jure hæreditario, jus legale eſt ad hæreditatem, hæredi; ſed ſumma omnium ſocietatum lege, qua, perſonalium omnium jurium deciſio, ad legalem rejicitur poteſtatem, qui, authore Prætore, eam tenet, ei, contra omnes prætenſiones, jus legale competit: omneſq; qui legibus, legitimæq; poteſtati volunt obtemperare, in eo acquieſcere oportet.

Itaq; tum ad Principum quam ſubditorum jura, ſit oportet. De Jure, uti omnes novimus, ad coronam, ſæpiſſime certatur; dicereq; cum talia inciderint certamina, nullum penes populum jus eſſe, ea dirimendi, dicere eſt, illius populi legibus, nulla principibus ad diademata ſua, jura competere. Nulla enim jura civilia eſſe poſſunt, quorum nulli ſunt, eſſeq; poſſunt civiles judices; nemo enim, ne Princeps quidem, in propria cauſa poteſt judicare; & ſi nulla Principibus jura ſunt legalia, nulla, cum coronas ſuas amittunt, poſſunt deperdere. Perpauciq; vereor, de eorum naturalibus juribus erunt ſolliciti. Summa & libera ſocie-

 tas,

tas, ab istiusmodi societatum ingenio, earumq; institutionis ratione, intra se facultatem habeat necesse est, lites omnes quæ de uniuscujusq; societatis membri juribus, possint incidere, dirimendi, & ne in belli statum, quo civile imperium convellitur, incideret, sibimetipsi prospiciendi; & si talis in unamquamq;gentem sit facultas,cum istiusmodi lites suprema diremerit auctoritas, subditos in eo acquiescere oportet; nullumq; jus, juriśve prætextus, post decretorium tale judicium, conscientiam potest afficere; nisi institutis civilibus Respublicas convellere subditi possint teneri, juraq; civilia non lege, sed gladio experiri: quod est jura omnia civilia evertere, legumq; majestatem funditus tollere.

Hinc, quantum ij falluntur, liquet, qui in hæreditaria monarchia, nullum præter linealem proximum hæredem esse posse autumant; cumq; obsequium nullum debitum sit, vel exhiberi debeat illi, qui Rex non est, nullum ideo cuicunq; Principi, ut ut rerum potitus sit, si non hæres sit proximus, posse deberi. Nullam, ei, qui Rex non est, obedientiam deberi, lubens agnosco, ei licet,

licet, qui Rex non est possit adhiberi; Rex tamen legalis esse possit, qui hæres legitimus proximus non est, uti dimidia pròpe pars a Conquæstore, Regum Angliæ, non fuere, & tamen tanquam Reges legales, agniti, cultiq; semper fuere.

Sed hinc error enascitur, quod inter naturales & legales relationes non distinguunt; sed Regem, æque certo & non mutabili jure, regem esse, atq; Parens est Parens arbitrantur; quasi Leges, naturæ æquivalerent; quasi Regis hæredem esse, quod in monarchijs hæreditarijs, licitum ad successionem titulum impertitur, æque necessario Regem constitueret, atq; naturalis procreatio constituit Parentem. In relationibus Physicis, a jure relationem oriri, hi non animadvertunt, & ideoq; jus & relatio nunquam possunt divelli. Jure Parens est, qui generat, & Parentis definitio est, qui generat; ideoq; nemo Parens naturalis, nisi qui generat, esse potest, & quicunque generat, Parens est. Sed in relationibus legalibus, ab antegresso jure non oritur relatio; jus, Regem esse, unum est, esse Regem, aliud; admodum disparilia jura esse possint;

sint, Regis vero notio, eadem est. Jura, hæreditaria, Patrimonalia, Testamentaria, electione, vel domitu esse possint; sed Regis notio est, qui Rempublicam regia authoritate administrat; qui id præstat, qualiscunq; illi Titulus esse possit, Rex est; uti qui generat Parens est, licet illicito coitu.

Resp. ad Quæstionem illam, *Quinam Rex est?* non est, *Ille cui jus ad Coronam competit*; sed, *Qui regia supremaq; auctoritate indutus est.* Sed si quo pacto rerum potitus sit, dispiciamus; utrum hæreditarius, an Electivus Rex sit, Rex de Facto, an Usurpator? Ad hasce quæstiones secundum prætensionem titulumve, quibus tenet, respondere oportet. Quod legitimus noviſſimo Principi, hæres fuerat, vel a Populo delectus; vel quod, cum de Corona altercatio esset, a Regni Ordinibus illi adjudicata erat, vel quod gladio eam acquisiverit, vel etiamnum vi retinet, vel eam consensu & submissione populi nunc gestat. Jus antegressum ad Regis definitionem nequit pertinere, tunc enim præter hæreditarios vel Testamentarios Monarchas,

Reges

Reges esse nulli poterant; & quod ad aliud quodcunq; jus attinet, ejus est, qui ab ijs, quos summa rerum penes est, populiq; molem qui exhibent, ubi Rex nullus est, nec administrationi publicæ prospectum, Præpositus est. Quicunque vero, imperatorio jure indutus est, verus est & legitimus Rex; ille enim Rex verus est, in quem vera definitio Regis convenit. Qui vi mera imperat, extortoq; Populi obsequio, ei potestas quidem, sed non auctoritas Regis competit; sed qui, ab ijs, quos penes est summa rerum, præpositus est, ei auctoritas æque ac potestas Regis competit; verusq; ideo Rex est, ei, numnam privati ulli subditi jus antegressum fuisse autument.

Adeo ut prætextus vanus est, in regno hæreditario, eum, ut ut auctoritate regia solemniter indutus sit ab Ordinibus regni, si lineali successione regnum non init, Regem non esse; Rex enim est cui jus competit regale; illiq; illud competit, qui a regni Ordinibus est præpositus; ratio enim humana nulla alia est jus regnum deferendi; tuncq; est rerum natura & ratione tantum

abeſt, ut illi obſequium deferre, qui jure nobis præpoſitus eſt, nobis interdictum ſit, ut illi obſequentes eſſe ea jubeamur.

Sed tamen hoc non quæritur, utrum in regno hæreditario, pro Rege proximus hæres debeat recognoſci? Sed an non honeſte poſſint ſubditi, illi, ut legitimo Regi obſecundare, (cui cum ad Coronam jus in dubium vocatur,) regni Ordines illam addicunt? Jura enim omnia mere legalia (cum de ijs altercationes inciderint) ex juſtæ & appoſitæ poteſtatis ſententia edantur oportet, eaq; ſubditis non alia ratione, quam ex tali ſententia conſtant. Privata eorum dogmata conſcientiæ norma non ſunt, ſed publicum judicium in iſtiuſmodi caſibus, qui jura non naturalia, ſed legalia ſpectant; ideoq; ut Rex, ille agnoſcatur & colatur, neceſſe eſt, quem Regni Ordines præficiunt, quicquid de jure ſucceſſionis privatim ſentiamus.

Quicunq; hoc non admiſerint, dimidiæ parti Regum Angliæ poſt Gulielmum Conquæſtorem, qui fuere, obſequium honeſte præſtitiſſe non poterant. *Guil. Rufus & Hen.* 1. Hæredes lineales

reales non fuere, senior enim eorum frater *Robertus* etiamnum supererat; Rex *Stephanus* & Rex *Johannes* absq; hæreditario titulo Reges fuere, *Edw.* 3. post dejectionem & extortam resignationem Patris sui erat coronatus. Tres *Henrici* 4, 5, 6, Lancastriæ Lineæ, quæ junior Domus erat, fuere, legitimosq; Domus Eboracensis Hæredes excludebant. *Henrico* 7. personale jus ad coronam, non erat, eam tamen priusquam Hæredem Ebor, duxit, assecutus est, regiæq; potestatis procurationem sibi arrogavit, illi licet competebat auctoritas, coronamq; post decessum illius, retinuit, licet filio illius jus competeret. Quibus successionis jus æque palam proculcatum est, atq; a tribus *Henricis* unquam fuerat, adeo ut octo post Conquæstum Reges fuere extra Lineam successionis, præter Conquæstorem ipsum, qui nullam ad Coronam successionem Linealem præ se ferre potuere; Horumq; Regum Imperia connumerata ad 200 prope Annos redeunt. Et quid usq; adhuc Angliæ subditi facerent, si illibata adeo Linealis successio fuisset, nullumq; præter Linealem Hæredem in conscientia agnoscere

noſcere tenerentur? Qui Normannica unquam linea initium cepiſſet, qui Lineales Hæredes non fuere, in eaq; ſucceſſio adeo inviolata eſſe cœpit, cum illa ipſa, abſq; ea, exorta eſt, & per 4 prima imperia abſq; ea conſtitit?

Sed priuſquam Authorem nuperum examinavero, non eſt hoc Argumentum mihi dimittendum, qui acriter admodum, Auctoritatem legitimis Titulis procedere debere, contendit. Permulta de eo dicit, ſed, cum Caſus ſemel dilucide ponitur, brevis inſerviet reſponſio. Secundum eum, civilis Authoritas, eſt jus, ſive facultas penes aliquem, præſtituendi, vel faciendi aliquid in rebus civilibus, alijs neceſſitatem imponens, ei obſequendi. Licet manca ſit hæc & æquivoca definitio, de ea tamen cum eo, non contendero, ſi voeem, *legalis*, adijciet, quod civilis Authoritas, eſt jus legale, ſive facultas, &c. Aſſentior illi, authoritatem a vi externa plurimum diſcrepare, nec temere eſt, cur ei concedam, Deum Reges nullos inſtituere, niſi qui humanis aliquibus Actibus, Reges inſtituuntur, quibuſq; jus humanum licitumq; ad regium competit dominatum (eo ipſo enim

enim propriam evertit cauſam). Nunc vero qui ex hinc probat, in Anglia (fac) nullis, niſi quibus eſt legitimus, linealis ſucceſſionis Titulus, jus licitum ad imperandum poſſe competere? Si enim Titulus, jus ipſum non ſit, ſed licita inſtitutio jus licitum impertitur, fieri poteſt, ut juſtus titulus, juſtaque auctoritas poſſint ſejungi, ipſaque adhuc juſta maneat auctoritas. Jus legale, tali modo, talibuſq; formulis traducatur neceſſe eſt, quales Lex præſcripſit, eove præſtituit: illud transferendi alia non eſt ratio; tumq; jus illud quod ſic defertur, illudq; tantum, eſt auctoritas legalis. Si demum regni Ordines, qui iſtiuſmodi unici ſunt diſceptationum arbitri, ei, cui titulum ad eam antegreſſum non competere, ponimus, coronam impertiantur, exinde tamen non externis tantum imperij opibus, ſed & jure ipſo, legitimo licite gaudet. Legalemque ideo, ut ſibimet debitam, obedientiam omnem poſſit vendicare, (quæ obſequij notio ſit, oportet) jus ejus, eſt regia conditio, contra omnes alias prætenſiones, in eaq; ſubditos ejus eum tueri oportet; uti privatorum jura, inferiorum curiarum

ſententijs

ſententijs decernuntur; & ſi humanis Actibus Deus Reges inſtituit, non, uti ſpero, inique agit, cum Regem eum quem Lex Regem facit, inſtituit, eiq; ut legitimo Regi obtemperemus, mandat; ideoq; quicquid de 5to Præcepto potis eſt ſtatuere, Rex legalis, politicus noſter parens eſt, in eoq; ideo honore habendus, qui ibi, præcipitur. Si, quod non neceſſe eſt nunc ut in dubium vocem, id Principes ſpectet. Legalis juriſdictio, Legali Titulo dici poſſit annecti, ubi adverſus illud publice non ſtatuitur, qui Reginæ *Mariæ*, *Caroliq;* 1. & 2. caſus fuerat. Sed cum ſolenniter quis Rex declaratur, & a regni Ordinibus rerum ſummæ præpoſitus eſt, Rex eſt, de Jure, juſq; legale ei competit, uti penes *Henricum* 6. Majeſtas eſſe agnoſcebatur, cum Dux Eboracenſis, de Jure ad regnum certavit, itaq; quoad jura omnia civilia, ſit, oportet. Hocq; argumentorum Authoris hujuſce omnium radicem impetit, ideoq; non eſt ut eum ultra perſequar.

5. Et hoc, jura inter naturalia & Legalia, intereſt, non ſolum, quod Legales tituli, juriſdictioque a ſe invicem

cem possint segregari, sed & jure etiam ab ijs secerni, quibus aliquando debebantur, quod de juribus naturæ dici non potest. Rex, Rex esse desinere possit, quod de Parente dici nequit. Leges enim, non æquivalent Naturæ. Hoc omnes spontanea cessione fieri posse fatentur, quæ talem Principem jure omni Imperatorio privat; & si ulla ratione fieri potest, jus ejus a persona illius non est inseperabile. Non admittent quidem Adversarij nostri, Regem posse jure suo excidere, nisi sponte sua illo ipse cedat; neminemq; ideo Regem esse posse, dum Rex prior, ipso superest, Deumq; ipsum Regem solio admovere non posse, dum superest quisquam, cui ad illud unquam jus competebat, nec illud unquam abdicavit; quia Principi solium abjudicare, ad quod jus illi competit, æquitati repugnat; quasi Deo, in universa orbis terrarum Imperia, jus primævum non esset, sed in Regibus instituendis & destituendis humanis juribus & prætensionibus esset astrictus: sed si Rex majestati suæ possit cedere, ut & eam etiam amittat, fieri potest; non unica enim ratio, est illud dimittendi, quod dimitti potest; duosq;

duoſq; alios modos, præter ſpontaneam, qui admittitur, ceſſionem, Debellationem, & Abdicationem penſavero.

1. Debellationem, cujus, ac ſi noſmet, devictam Gentem eſſe crediderim, mentionem non facio, Jureque gladij regnum inire Regem *Gulielmum*; quicquid enim de Rege *Jac.* domito dici queat (qui vel regnis ſuis exturbatus eſt, vel ſponte ſua ijs exceſſit; ſi primum, devictus erat; ſi 2d. abdicavit ſe jis, ſenſu vel maxime proprio, nil enim interea, quod ſciam, intereſt), Angli tamen ipſi devicti non ſunt, neq; jus ad regnum tale unquam Rex præ ſe ferebat; ſed hoc in medio relinquatur, quod in præſentia volo, hoc tantum eſt, hoſmet, coronam amitti poſſe, convincere, unde avita jura deleri, novumq; poſſit inſtitui, ſubditiq; ab obſequio quod ab ijs, devicto Principi debetur, eximi.

Reges, de Facto, cum victi ſunt, Coronas ſuas amittere; plurimaſq; Rerum Publicarum & Imperiorum inclinationes hinc oriri; gentem nullam eſſe, cui, domitori concedere religio unquam fuerat, indubie liquet; ſed

Quæritur,

Quæritur, quo jure? quo pacto jus ad illud consequi Victor possit, quod alteri Principi jure competit? Subditiq; debellati licet, a legitimo suo Principe, obsequium ad Domitorem possunt deferre, cui jus tantum gladij competit? Hocq; cum respectu tam ad subditos, quam ad Principes sigillatim perpendero.

Communis hæc est Responsio ad utramq;, Jura legalia ultra Terræ Leges se extendere non posse, nec ullos, quos ipsæ non tenent, tenere: Per se lucent hæc Axiomata; nec est ut probentur: Quæ enim Legibus niruntur jura, ultra se extendere, ultrave quam Leges durant, durare nequeunt.

1. Principio demum, cum respectu ad Principes, jure nullo, quod Principi cuicunq; ad solium competit, exterus alter liberq; Princeps, modo justa sit altercatio, quo minus eum subigat, superetq; ejusq; coronam arripiat, potest prohiberi. Ratio est, quia Leges terræ, quibus coronam ejus, Princeps debet, subditos solum, non exteros stringunt Principes. Particularium regionum jura sibimetipsis tantum jura sunt; sed præter naturalis æquitatis

jura, jusq; Gentium, nullum inter supremos Principes jus intercedit. Jura Principum, cum, ad se invicem respectu, in possessione consistunt, quod unicum jus est, quod in statu naturæ ad quidlibet, hominibus potest competere, civitates priusquam, cumq; ijs civilia jura instituerentur; easdemq; ob causas propter quas, in naturæ statu, quivis de possessione sua jure possit deturbari, ob easdem, æquo nunc jure, Princeps, ab alio Principe, regno suo pelli possit; Princepsq; qui justo bello superior evadit, devicti Principis solium possit occupare, & si consensu populi inibi reponatur, in Principem, populumve usurpator non est, sed legitimus, qui novum titulum instituit, Princeps: Ut ut terræ Legibus inextinguible Principis jus sit, id, modo jura Gentium, & naturales æquitatis regulas non temerent, cum solium illius arripiant, exteros Principes neutiquam stringit; & quandocunq; corona jure possit occupari, jure amittitur, legitimiq; Principis nec interitu, nec cessione opus est, ut probus Domitori titulus constet. Perraro forte an bella ulla justa fuere, justæve Victoriæ; sed

satis

satis est instituto meo, si talia esse possint; nemoq; existimo, quin belli justæ esse possint causæ, ambigit; justumq; bellum justam reddet victoriam.

Si Princeps quivis, vel Respublica finitimos sibi, lædat, compensationem læsus Princeps possit reposcere, & si negata fuerit, jure suo uti, privato ut cuilibet, in naturæ statu, fas est, cum, qui inter eos sit arbiter, superior non est; unde talis altercatio gladio dirimenda quod unicum est, cum inter eos jus nullum est quod arbitretur, injuriarum remedium; & tamen nihil attineret pugnare, si nefas esset superare, nec tantum semetipsum vindicare, sed ne unquam in posterum a Malefico Principe male multetur, providere. Cum Princeps alterius Principis ditiones invadit, vel ambitiosum talem Regem finitimis ejus mancipandis adjuvet, eo ipso Principes læsi sociiq; eorum, vim vi, jure possint opponere; congrediq; & si possunt, vincere, Principumq; infestorum adeo, coronas arripere.

Imo, non justa tantum semper belli causa, sed & præclarum facinus visum est, Tyrannos prosternere, & protri-

tos eorum ſubditos, qui ſeipſos vel nequeunt, vel non debent tueri, liberare. Læſos, jacenteſq; propugnare, illud ipſum eſt, quod omnes non ſolum admittunt, ſed commendant; privatis hoc contra privatos graſſatores, proceſſu legali, ubi ſunt judicia, vel vi privata, ubi non ſunt, licet. Principes, quibus jus gladij competit, vim & injuriam, ubicunq, perſpexerint, poſſint coercere; ijs enim in ſe invicem licet, jus ſuperius non ſit, nec alteri in alterius regno dominium, cum non ſub alicujus tamen neq; ditione ſunt, legibuſque ullis, quibus injurias propulſare, vexatoſq; recreare prohibentur, tantum abeſt vitio ut detur id præſtare, ut quid magnificum potius & plane regium ſit. In naturæ ſtatu, in quo ſine legibus & Imperio vivitur, ſat juris cuilibet, eos, quibus, contra jus naturale, ægre eſt, ſublevandi, competit. Sed in Humanarum Societatum gratiam libertas hæc fuit circumſcripta, Principiq; ejuſq; adminiſtris, juris procuratio concreditur. Sed Principes ipſi his omnibus vinculis ſoluti ſunt; ideoq; non proprijs tantum ſubditis jus miniſtrare poſſint, ſed &

aliorum

aliorum Principum vim & injurias, non ſolum contra finitimos Principes, ſed & contra ſubditos, ijs, qui ſeipſos nequeunt tueri, reprimere. Æque certe illis fas eſt afflictos ſubditos atq; afflictum Principem levare; nec ut unus Princeps contra præpotentem graſſatorem, alterum ope juvaret, iniquum eſſe quiſquam cenſet. Nec unquam, quod ſciam, vitio datum eſt, contra inſultantem Principem, ſubditos, ubi inſignis erat multatio, nec uſurpationi prætendebatur, levare. Velim tolerabilem quivis mihi rationem reddat, cur Pnincipi Auriaco æque licitum non eſſet (ſi alia ejus ratio non ſuppeteret) Angliæ ſubditos liberare tueriq; adverſus iniquam Regis eorum poteſtatem & latrocinia, atq; Gallico eſt Regi (qui aliquibus honoris & magnanimitatis exemplo eſt) vi & Armis nuperum Regem *Jacobum* in integrum reſtituere anniti.

Et ſi de Religione in diſſidio agatur, æquius juſtiuſq; propterea, non iniquius videtur. Cur enim de Dei gloria, cui poteſtatem ſuam acceptam referunt, Principes ſolliciti non eſſent, cultoreſq; ejus, ſæviſſimorum Tyran-

norum insectationibus liberarent? Subditis quidem repugnare non licet; non ferro flammisq; Christiana Religio hominibus obtrudenda est; sed neq; a Christianis Principibus est propugnanda? Cum illis gladium Deus concredidit, eosne sedere & quiescere oportet, utq; Christi cultores vexarentur, perpeto, nec eos, cum possunt, ope juvare? Dirissimo, si quis unquam, persecutionis turbine *Constantini* armis, ecclesiam Deum liberasse, certo mihi constat, nec inter postremas, belli ab eo cum *Licinio* gesti, causa hæc erat, quod Christianos insectatus est. Cum *Constantius*, Arianus Imperator, *Athanasium* orthodoxosq; Episcopos, & Christianos exagitavit, de eo *Constantinus* eum admonuit, & si in eo perstitisset, bellum illi minitatus est; nec liquet, Christianos qui tunc ad *Constantinum* perfugerunt, in eo quidquam eum delicturum censuisse; & tamen ditiones eorum, juraq; discreta juxta, summaq; fuere, atq; Gallia Turciaq;, alijs licet rationibus Rex Christianissimus procedat.

Vix serio agunt, mea sententia, qui protrito populo a generoso adeo Principe,

cipe, ſublevato, eorum vindicem recognoſcere, illiq; obſequium exhibere non permittent; vel mancipijs, credo, domitorem agnoſcere integrum eſt; & ſi eos ipſe liberet, exq; vernulis ſubditos faciat, illi in perpetuum addictos eſſe. Sed quidam notionibus ſuis, demiſſiores, quam antea unquam noti, Principum ſervi evadunt.

2. Ad Quæſtionem hoc magis perplexam me revocat, Qui, *vix.* ſubditi, domiti licet, legitimo Principi, dum ſuperat, eximi poſſint, illiſq; integrum ſit, ſalva conſcientia, eorum ad domitorem, obſequium transferre? Licet enim terræ Legibus exteri Principes non teneantur, ſubditi tamen tenentur, & etiamnum ideo illi Principi, qui terræ Legibus Princeps audit, obſequium præſtare tenentur.

Hujuſce ut ut difficile forrean ſit rationes expromere, ita ſit, ceruæ neceſſe eſt, ſi Princeps juſto bello domitus, Coronam poſſit amittere; hæc enim juſte amiſſa, ſubditorum obſequio, quod ei accedit, excidat oportet; nec, ut unus Princeps amitteret Coronam, eamq; alter reportaret, fieri poteſt, ſi ſubditis ad domitorem fas non eſſet obſequium

ſequium deferre; unde jure merito concludi poteſt, in iſtiuſmodi caſibus Leges Terræ ſubditos non tenere; & ſi veram indolem & obligationem ſcitorum Popularium caute expendamus, facile nobis conſtiterit, eas non tenere.

Jura enim Patria ab auctoritate Patria omnino pendere, indubium eſt; ea ſola, in Leges tranſeunt, nec ultra, quam ea durat, Leges eſſe poſſunt, auctoritas, quæ vim & vigorem ijs impertit; cunctiſq; ideo imperij vicibus & mutationibus, involuta ſint, neceſſe eſt. Legibus obtemperare tenemur, auctoritatis tantum vi, quæ eas imperat; eaq; cum interierit, Legum obligatio ceſſet, oportet, in quantum authoritatem eam ſpectabant. In civitatis gratiam. Leges ſancitæ ſunt, ſubditoſq; dum ijs Legibus imperium geritur, vel geri poteſt, ſtringunt; ſed eo mutato, Legeſq; in Prætorio Weſtmonaſterienſi, eſſe deſinunt, nec in conſcientia Leges ſunt. Qui enim abſq; auctoritate, jura poſſunt ſtringere? Vel quodnam juris, ſcitis mere humanis, popularibus, poteſt advernis populi præſens jus competere? *e. g.* Jus licitum ad Coronam

ab

ab æquabili licitaq; ſucceſſione, non a regij juris incunabulis pendet. Hæreditatis jure, poteſtas regia, in familia manet, quæ ea potitur, cujus primum Hæreditas non erat; Rex enim familiæ primus, Coronæ hæres eſſe non poterat, eam, quibuſcuncq; alijs rationibus conſecutus ſit, eaq; ideo, ne ſponte ſua regiam linealem intercideret, non contra mutationes ſubitas, obligari poſſunt ſubditi; hoc enim ſciſcere eſt, ne Princeps quivis, Regem de Jure, ſuperaret, ſolioq; ejus ſe ingereret, *i. e.* ſciſcere, ne aggeres illi poſitos, unquam oceanus reſcinderet; poſitaq; tali mutatione, ne ſubditi ulli, ſuperiorem in bello Principem recognoſcerent, eive cederent ſciſcere, perinde eſt, ac ſi Lex, næ caſulæ ullæ, villæve, cum eluvio inciderit, demergantur, vel abripiantur, ſancta eſſet. In hujuſmodi caſuum gratiam Leges nunquam latæ erant; ideoq; cum inciderint, non adeo commode vim ſuam amittere, atque Leges non eſſe, dici poſſint. Eadem ratione dicere poſſimus, Angliæ ſubditos, cum in Gallia agunt, Angliæ Leges cuſtodire teneri, atq; eos, avitas Angliæ Leges cuſtodire teneri, ſi vi,

Rex

Rex Galliæ, Angliæ regno potiretur. Adversus violentas mutationes, Leges nullæ ferri possunt, quia Legibus præpollent; & a ratione æque alienum est, ut Legibus ullis potestati dominatrici obviam ire, conscientia teneretur, supponere; quod supponere est, quod Leges, quæ dominatus tantum regulæ sunt, quæq; absq; auctoritate patria nullæ essent, universam gentis potestatem impugnatent.

Ita porro observo, Leges mere humanas contra vim conscientiam obligare non posse: Ubi enim auctoritas nequit tueri, nequit imperare. Propter mutuam defensionem instituuntur civitates; sed cum potestatis civilis præsidio destitutus sum, naturale mihi jus se defendendi redit. Si quis in latrones incidat, ei, quam commodissime poterat, cum ijs pro capite suo liceat pacisci, nulliſq; Legibus jure hoc prohiberi potest; jus enim naturale est, sui defensio; naturaq; supra Leges est humanas, ijsq; præpollet; non hinc sequitur mera dominatus Tyrannide jus hoc naturale redire, quia jus hoc sui defensionis consociando, dimisimus; Deusq; illud sustulit, ne potestati repugnemus,

pugnemus, nobis præcipiendo ; plurimumq; intereſt, noſmet, cum auctoritas nequit, tueri, contraq; eam noſmet defendere; primum non dimiſimus; ſecundum primarijs dominatus humani inſtitutis repugnat ; ingenioq; ipſo ſocietatum, dummodo ſarta tecta ſervetur ipſa Reſpublica, noſmet jura noſtra privata, commodaq; paci publicæ, ordiniq; litare debere præſumitur : Nunquam vero humani inſtitutum erat dominatus, jus ſui defenſionis hominibus præcidere, cum non potis erat auctoritas eos tueri : Hæc ſervorum captivorumq; conditio eſt, obſeſſarum urbium & præſidiorum quibus jus naturale competit domitori concedendi, cum proprius eorum Princeps eos nequit ſublevare. Hocq; de jure controverſiam omnino ſuperſedet ; quicquid enim penes Principem juris eſſe, ſupponi poſſit, de eo, quoad eos, quos propugnare nequit, actum eſt; uti civitates ipſæ intereant neceſſe eſt, earumque jus, cum ſemet nequeant tueri ; & cum ſubditi aliqui Principis Imperio qui eos protegere nequit, liberati ſunt, ijs integrum eſt cum eo Principe cujus ſubditione ſunt, quam com-

commodiſſime poterint, convenire, & cum jurejurando ſe illi devinxerunt, de priſtina eorum fide actum eſt; cum ab uno Principe ſoluti ſumus, alteri noſmet licet ſubijcere, & cum hoc præſtitimus, illi ſolummodo obſequium debere poſſumus.

His omnibus firmandis, porro obſervo, quod particularium jura regionum juribus Gentium ſubſunt, ijſq; cedant oportet. Gentium juribus, talia jura intelligo; quæ ex rerum ratione indoleq; communiq; uſu implicitoq; conſenſu, æquitatis normæ modiq; inter ſupremos Principes, liberoſq; ſtatus ſtatuuntur. Num vero, uti etiamnum oſtendi, Gentium juribus, honeſta victoria, ad devicti Principis regnum, quam probum titulum conſequi Principes poſſint; & ſi eum poſſint conſequi, ſubditos jure Gentium, jus adeo noviter partum agnoſcere poſſe indubium eſt. Conſtans enim humani generis ſenſus privatis patrijſq; placitis præpolleat, neceſſe eſt; unuſquilibet enim vniverſi membrum, mundiq; accola, æque ac particularis Regni ſubditus eſt; nexuſq; ſpeciales, communiori nexui ſemper concedunt; mirumq;

mirumq; effet, ſi jure Gentium, novum jus Princeps aſſequi poſſit, & tamen ſubditis jus illud recognoſcere nefas eſſet.

Imo, ſuperiori poteſtati cedere, etiam cum nequaquam jus præreditur, ſed vi tantum agitur, conſenſu communi, uſuq; omnium Gentium, mutationum omnium ita ſata conditio fertur. Neutiq; (niſi dudum) conſcientiæ nomine, hoc unquam in dubium vocarunt, ad extremum licet, oppreſſa ab uſurpatore Populi jura ſibimetipſis expediendis laborarunt.

Primitivi Chriſtiani cunctis Imperij mutationibus ſeſe accommodarunt, juraq; & Titulos novorum ſuorum Imperatorum in dubium nunquam vocarunt; & qui jura cunctis ſuis Cæſaribus legalia poſſunt excogitare, peridonei ſane, ſi ita ijs collibitum fuerit, qui Tyrannorum quotquot unquam extitere, publici eſſent vindices. Sed iſtius ævi Chriſtiani de inſtitutione vel deſtitutione Imperatorum nunquam laborarunt, ſed ut eos offenderunt, ad miſere, eoſq; omnes, uti ex *Tertulliani* liquet Apologia, a Deo inſtituros credebant. Chriſtiani nunc Epiſcopi,

vel ipſi *Maximo* paruere ; dicatq; licet, *Sulpicius Severus* , eos, quod officioſe adeo Tyrannum illum coluerant, male audijſſe, eos tamen , quod illi, ut Imperatori tantum obſecundarunt, nemo eo ipſo coarguit, quod vel ipſe S. *Martynus*, primum licet monaſtica illiberalitate et petulantia eum tractavit, præſtitit. Gothorum & Vandalorum incurſiones tot nos Exemplis inſtruunt, quot Victorias reportarunt. Nulli enim tunc adeo præſidentes Chriſtiani reperti ſunt , ut eorum titulos in dubium vocarent, ſuoq; ſe Imperatori reſervarent : & ad hunc uſq; diem toties abſq; ſcrupulo uſuvenit, quoties Urbes & Præſidia, inſeſſa, dedita, vel recepta ſunt, idq; antequam cum Principe cujus ſubditi erant, pactio ulla intercedit, uti, contra pervulgatam & cotidianam populorum omnium praxin, nuperus Author innuit.

Hoc eſt, quod ab aliorum Principum ſubditis, cum in eorum ditionem, belli caſibus veniunt, Principes omnes expectant, ideoq; quod ſuis ut indulgeant, æquum eſt ; & iſtiuſmodi, tam Principum quam Populorum communi conſenſu, mutationibus ordinandis,

Lex

Lex ſtata conſit. Nulliuſq; adverſus Principes, vel Opinione tenus, fides, eo nomine debet laborare.

Imo, inſuper, jura noſtra patria, quæ civilis noſtri regiminis regulæ ſunt, modiq; ad evertendum Imperium, ſubditos nequeunt unquam obligare. Si tamen hæ *Jacobitarum* rationes obtinerent, nullo, *viz.* nomine, nos, Regem ullum præter legitimum linealem hæredem, dum ſuperat, agnoſcere debere; plurimi ita poſſint caſus incidere, in quibus, nullum Imperium agnoſcere, ſubditos teneri in conſcientia oportet; ita ſit neceſſe eſt, quandocunq; Rex legitimus regnum gerere non poteſt, nec tamen alteri licet cuicunq; cum domitus eſt, ſuiſq; ditionibus pulſus, ſubditiſq; licet alium Principem qui eos regat, habere nequeant, domitorem agnoſcere non licet. Velim ſolummodo, hi mihi dicant, num ullis legibus homines ſub nullo Imperio vivere poſſint teneri? civitates convellere? Si talis Lex ſancita eſſet, Lex eſſet irrita & iniqua, utpote quæ Naturæ juribus, Deiq; repugnet, qui Sociale Animal Hominem fecit, humanoq; generi moderando civitates inſti-

tuit; & annon a ratione æque alienum est, ita Leges interpretari, ut Rempublicam inde convellere, quantum in ijs situm est, subditi tenebuntur, nec aliam præter vim, potestatem agnoscere? Quandocunq; probare possunt, dum in Imperio esse Princeps ligitimus nequit, absq; regimine populum esse debere, subditos, jus aliud nullum agnoscere oportere, concedam; sed si Leges nullæ, nulla jura, civitatibus ipsis, & politia, possunt esse sacratiora, jura Principum Imperij necessitatibus concedant, oportet. Ut enim Humanæ Societates sustentarentur, regerenturq;, quam ut quivis Princeps, ut ut de jure illius convenit, in Imperio esset, longe magis est necessarium: Jura enim, quæ quod sunt, societatibus humanis acceptum referunt, in earum interitum nunquam instituta sunt.

Hoc articulo huic illustrando, spero, sufficit, Regem, *viz.* ad Coronam jus ejus posse amittere, bello subactum; unde novum illi jus, qui justo bello superior est, accedit, subditisq; ad domitorem obsequium deferre integrum est; obiterq; observavero, quod, gens domita, licet, non simus, pleræq; tamen

men rationum earum, quæ purgandis subditis, qui ad domitorem transferunt fidem, inservient; quicquid de jure sentiamus, multo magis, obsequium a nobis præsenti Regi & Reginæ præstitum excusabit.

Rerum enim summam penes nunc eos esse, indubium est. Et si scita patria, quæ scita sunt Imperij, Conscientiam, absq; potestate publica, quæ vim ijs imperrit, multo minus adversus eam, illigare nequeunt, Lex nulla in Anglia inveniri potest, quæ Anglicanorum subditorum, ut nupero Regi *Jacobo* obsequium deferrent, nunc conscientias obligat. Legem istiusmodi in Prætorio Westmonasterienſi offendere non datur, constitutisve Parlamentarijs, tuncq; ubi offendam, non habeo in Prætorio Westm. Rex nullus, nec in Rotulas Parlam. ullus, præter *Gulielmum* & *Mariam* relatus est; nullum Majestatis crimen nisi adversus eos admittitur, nullumq; ideo jure, obsequium, nisi illis tantum debitum. Crimen enim Majestatis, est obsequij nostri violatio; & ubi nullum Majestatis crimen potest admitti, obsequium nullum potest deberi.

Gens licet domita non sit, justa tamen Imperij mutatione, privatos subditos æque constrictos teneri, atq; si in dominoris ditione essent, certo constat; reniti enim, utrobiq; æque illis exitio esset, jusq; quod ijs subsidio esse potest, nullum est. Et si jura humana, contra vim conscientiam nequeunt obligare; si cedendo potestati, cum nihil, quod ei adversus eam præsidio esse possit, juris supperit, unicuilibet jus naturale est, semetipsum servandi; cur illi fas æque non sit publici Imperij, (ne ut iniquum illud censeat) atque gladij arbitrio submittere? cur non in suprema curia atq; in campo victis æque, non liceat succumbere? Perparum inter ea interesse mihi videtur, cum utrovis modo vitæ, fortunarum, vel dignitatum subditi jacturam faciant necesse est: & cum superi Regis (qualem quales eam esse supponunt) gratia non magis a Legum, quam gladij moderone potis est eos tueri, quo minus quoad eos, de authoritate ejus actum esset, ijsq; sibimetipsis prospicere integrum sit, quid obstabit?

Subditis juxta ac Regi Angliæ, ad eram, & privilegia sua jus competit; nec

nec Lex ulla est, quod sciam, quæ horum omnium jacturam facere jubeatur, quod Rex & subditi semet invicem in ijs nequeunt tutari. Difficillimis adeo in casibus, Reges sibimetipsis prospicient, subditisq; seipsos curandi par jus competit. Si gravi aliqua de causa Regibus fas erit regno, & regimine, subditorumq; tuitione abstinere de eadem subditis novæ potestati cedere licebit. Jura nulla mere humana, humanum nullum Imperium in istiusmodi casibus potest obligare. Deus quidem potest, quia præmijs & supplicijs post hanc vitam potest afficere. Licet vero leges humanæ juste divino nobis sint impositæ, vult tamen Deus, hominibus, eorumq; præscriptis, non ultra quam eorum serpit Imperium, ut pareamus; ideoq; nec in prædictis casibus, qui plerisq; in instantijs, cum legum ipsarum moralium parte positiva dispensabunt.

2. Expendamus nunc Abdicationis & Desertionis Casum, qui plane ipsissimus nuperi Regis *Jacobi* casus fuerat: Ipse enim cum se a subditis ejus destitutum perspiceret, parteq; exercitus, qui contra sacra eorum, justaq; pro eo, pugnare

pugnare noluerunt, remacie decernere, non ausus est; & uti ex factis ejus liquet, cum gravaminum omnium medelam libero Parlamento nunquam deferre apud se statuerat, hoc solum illi restabat, secedere, & Imperio abstinere.

Quæritur demum, num talis hæc erat Abdicatio, quæ ordinibus facultatem impertit, hæredem proximum nobis præficiendi.

Hujusmodi exemplum ullum, non est quod expectemus offendere, nec ut de eo, Lege cautum sit; nec enimvero unquam tale fuerat, nec unquam fortean futurum. Sed casus rari adeo, omnes ex rerum indole & ratione a vivis judicibus decernantur, oportet. Qui statutum fuit novimus, quasq; lites voces illæ, Abdicatio & Desertio, excitarunt; sed de vocibus non contenderim, sed rem perpendam.

Perneceſſariam esse Dominationem, cunctisq; jus naturale æque competere, juxta Regni Leges & Instituta, ut interregna suppleantur curandi, atque principio ijs semet in Societates civiles distribuendi competebat, non est ut probare satagam; Reges Imperio gerendo

rendo institutos esse, ijsq; ideo non ultra quam Rempublicam procurabunt, ad majestatem jus competere: Juxtaq; credo, liquet quod cum Rex consulto secedit, nulla vicaria potestate relicta, re regimini renunciat. Imperando enim absistere (uti qui semet cum jure suo proripit, facit) est Imperio renunciare: Et cum hoc Rex facit, vel de jure ad proximum hæredem pertineat oportet, vel communitati, regniq; ordinibus, sibimetipsis consulere integrum erit.

Liquet sane Principes, nec tamen animo jus eorum ad dominatum remittendi, sæpe secedere.

Sed non quæritur, quid instituant, sed quid agant. Si regno excedere, quod ab aliquo explendum est, sit in rei natura, vel per necessarium consequens, alicui alteri illud possidendum tradere, de cessione potestatis, absq; cessione juris, in quantum cedit possessione, nil attinet loqui. Licet enim inter jus ad Coronam, ejusq; possessionem plurimum interfit, licita tamen solij possessio, adq; dominatum jus, vel idem sunt, vel adeo continentur, ut alterutro cedere est utriq; renunciare: Jus Dominatus (quod aliud nihil est præ-

præterquam jus Actus omnes Imperij exequendi) licita poſſeſſione & inveſtitura defertur, qui ergo licita poſſeſſione ſe exuit, juri ſuo ad Rempublicam gerendam renunciat. Subditorum obſequio excidere, idem, credo, atq; juris ad dominationem jacturam facere; quod pro certo facit, qui Rempublicam deſtituit: Nec enim illi obſecundare ſubditi teneri queunt, qui non vult imperare: Qui Rempublicam ipſis curandam relinquit, ijſve qui eam ſuſcipient, tradunt. Nulli Principi jus competit, ſubditos, ut ſine Imperio viverent, cogendi, cum eos, illi placuerit deſtituere; abſiſtendo igitur dominatu, eos, Imperio ejus eximit & ſibimetipſis providendi jus concedit; & ſi de Imperio ſtatuendo, jus illis concedat, proprium ad Rempublicam gerendam jus remittat, oportet.

Ita in rei natura ſe habet, quacuncq; de cauſa, & ut ut gravate Principes ſecedant. Cum enim Princeps ſecedit, vel in novorum dominorum manibus ſubditos relinquit, vel novo alicui dominatui ſemet ſubjiciendi neceſſitatem ijs imponit; eademq; quæ Principem excuſat neceſſitas, regno quod excedit, ſub-

ſubditos obſequio eximat, oportet. Ex diſparilibus vero propter quas Principes ſecedunt, cauſis, ingens quoad ſubditorem obligationem diſcrimen oritur, in quantum rurſus admittere vel non admittere talem Principem in eorum eſt arbitrio; quod intelligere permagni erit in præſenti caſu noſtro, momenti.

Cum vi extera Princeps ditionibus ſuis exactus eſt, in conſcientia tenentur, ſi valeant, ſubditi, invaſori reſiſtere, Principemq; ſuum revocare; ſi ne queant, fas ijs eſt, & oportet ſuccumbere: Uti, gravate Rex eorum, ſaluti propriæ & libertati ut conſuleret, ſubditos ſuos deſervit; ita æque gravate ſubditi Regem ſuum poſſint deſtituere. Par enim eſt utrinq; neceſſitas; Rex dira licet neceſſitate adactus, re imperium deſtituit, tumq; ſui juris ſunt ſubditi; ſed cum à vi oriatur, anſam hanc adverſus Regem ſuum ſubditi arripere non debent, cum eos penes ſit eum reſtituere; ſed cum æque illis regiam ſedem explere neceſſe eſt, atq; illi fuit ea exire, cum ea exit, eam illis licitum erit replere, novoq; Principi ſuccumbere.

Si

Si a rebellibus ſuis ſubditis Rex regno ſuo exactus ſit, non illis ideo fas erit unquam, ipſum excluſum tenere; Rex etenim abſceſſit licet, eos tamen ipſe non deſtituit, ſed eum ipſi exegerunt; & ſi ſedes vacet regia, illis ipſis id debetur: ideoq; quem expulerunt, Principe, eam ſupplere tenentur. Quouſq; tamen rebus ſic ſtantibus, neceſſitati ſuccumbere fideles poſſint ſubditi, paciq; proboq; Patriæ ſuæ regimini conſulere, permagna eſt Quæſtio, cuinon opus eſt ut me in præſentia immiſceam; quod ad rem hanc, mihi dicendum ſuppetit, huc redit, quod licet, caſu hoc, ſolium vacet, non ita tamen vacat, ut novo Principe illud ſupplere, illis liceat: Sed ſi ſuppleatur, novaq; dominatio inſtituatur, quouſq; illi ſubmittere, ſubditis liceat, alia eſt Quæſtio.

Si Rex neutiquam a ſubditis coactus, clam eos, ſemet ſubducat, illius pro certo, ſolium vacat, ſed num proximo hærede illud ſubditis ſupplere fas ſit, eumve rurſus arceſſere eos oportet, publici eſt, poſt mature probeq; penſas omnes circumſtantias, judicij; inq; eo ſubditos omnes acquieſcere oportet.

Cum

Cum Rex illud deſtituit, ſolium vacat, vacanſq; ſuppleatur ſolium neceſſe eſt: In rei tamen natura, nter vacantiam, quæ Regis ſeceſſu, eamq; quæ interitu fit, quo, proximo hæredi immediatum jus Regni capeſſendi competit, aliquid videtur intereſſe: Hæreditatis jus & ſucceſſionis, niſi Regis deceſſu naturali, non ſtatim obtinet: Num, ſedes ita regia vacet, Rege priore ſuperante, adeo ut proximo licitum ſit hæredi ſuccedere, res eſt judicanda, eorumq; ad quos rerum iſtiuſmodi cognitio ſpectat, decretorio dirimatur calculo oportet.

Licet vero Ordinum ſententiæ privati ſubditi ſtare debeant; ſi tamen poſtquam talis lata eſt ſententia, res iſtiuſmodi explorata licitum ſit, ſat cauſæ ijs R. *Jacobum* dediſſe, mihi videtur, unde ſe omnibus, quod ſolium illius vacans prodidiſſent, purgarent.

Etiamnum (nec enim, quod per ſe lucet, attinet probare) obſervavi, ſolium, cum Rex illud deſeruit, vacare, illudq; rurſus ſuppleri oportere, Imperij rationes flagitare, tumq; ſubditos penes ſit oportet (quos abſq; ulla regiminis forma ut ſibimetipſis proſpice-

rent, Rex reliquit) illud ſupplere. Si tali de cauſa Rex eos deſeruit, ut eum, ſi penes eos ſit, honeſte poſſint revocare, id tenentur præſtare; ſed ſi tales ob cauſas eos liquit, propter quas probi admodum fidiq; ſubditi illo levari geſtirent, ſalva conſcientia, a ſeceſſu illius, gratiorem Principem in illius locum ſubſiſtuendi anſam poſſint arripere. Nulli etenim Principi ſponte ſua imperio cedere integrum eſt, niſi jus illius, ad illud, una tradiderit; ideoq; actu ſe, ipſe dominatu abdicat, cui, eo abſiſtendo, optio eſt, non imperare: & cum ita fecit, unde jus illi imperium pro libitu eſſet, reſumendi, abſq; eorum, quibus imperare vellet, conſenſione, non adeo in promptu eſt tenere: Adeo ut mihi perſpicuum videtur, Principem, qui aliquando imperio ſe abdicat, non de jure, ſed a ſubditorum priorum pietate, reſtitutionem præſtolari debere.

Ad Conſcientiam, & Æquitatem provocet neceſſe eſt, non pro ſummo jure obſequium exigeredum.

Caſum igitur, cum ad hujuſmodi prætextus reſpectu, nuperi Regis *Jac.* pon-

ponderemus. Quicquid adversus Abdicationem vel Desertionem ejus, dictum unquam inaudiveram, huc redit, eum, *viz.* ditionibus suis, non vano metu instinctum, pulsum fuisse, gravateq; ideo deseruisse, nec regia dignitate semet exuere, sed minus iniquis temporibus semet reservare, in animo habuisse, usq; dum vi & armis reverti potuisset. Hoc omne verum esse mihi persuadeo; quod gravate admodum abijt, viq; & armis reditum ut instituret, speravit; nec regno in perpetuum cedere, instituisse; sed quid ex hinc probarent? Num nuperum Regem solio non cessisse? Illudve, quando eo cessit, non vacasse, probarent? Quod est probare, eo, illum non cessisse, illudve, eo licet cessit, non vacasse, quod terrore perculsus, illud deseruit: An vellent probare, quod cum ita abscesserat, non spontanea, ea regni erat Abdicatio? Si & hoc concessero, non multum laboro, modo, quod illud deserere erat, concesserint; id enim facere, jus juxta subditis confert de eo statuendi, atq; spontanea Abdicatio: Princepsq; qui secedit, idem secedendo, atq; qui solenni Abdicationis for-

mula Abdicat, facit, *i. e.* ſubditis ſuis ſe illos regere nolle, palam facit ſibimetq; ipſis ut proſpiciant oportere; nec enim in arbitrio Principis poſitum eſt, adminiſtrabitur Reſpublica, necne; cumq; Princeps convaſavit, hæredem proximum præponere, quam aliam quamvis perſonam, vel dominatum inſtituere, æquabilius, juſtiuſque videtur.

Cauſæ demum, cur ſubditis alium ſufficere, cum Rex nuperus ſeceſſerat non fas erat, in ſeceſſus ejus cauſas reſolvendæ ſunt illæ, quæ fuerant, pervulgatum ſatis; nulluſq, Anglicanus credo, Proteſtans, cui Religio, Patriaq, jura cordi ſunt, eas iſtiuſmodi eſſe, quæ illius fugam excuſarent, ſubditoſq; ad revocandum eum obligarent, aſſeret.

Unica plane cur nos reliquit, ratio, hæc erat, quod, ſi manſiſſet, Ordinum comitia cogere, neceſſe habuiſſet, cauſamq; ſuam ijs non concredere, apud ſe ſtatuerat; nec ut malas verſationes ejus carperent, emendarentq; ijs permittere, jure diſpenſandi non cedere; cautionem eam quam legibus ſuis, privilegijs, religioni conſervandis, Parlamentum

lamentum flagitare voluiſſet non dare: *i. e.* vel Rex non eſſe apud ſe ſtatuerat, vel pro libitu dominari; & nunnam, juſta hæc cauſa fuerit, cur anſam, quam dederat, alium ſubrogandi, ſubditi captarent quivis judicet? Dominatui legitimo renunciare, eſt coronam Angliæ remittere; Quiq; ne juxta juris præſcripta imperare cogeretur, ſolio exit, illud, quando poterit, poſſit redipiſci; illud ei retribuere, ſubditi non tenentur; eo, quam ob cauſam, ceſſerat, reſciunt, eiq, illud reſtituere, ut legibus, quas ipſe velit, illud conſequeretur, eſſet plane annuere.

Obtenditur ſcio, ei cauſam fuiſſe, ſibimetipſi, dum in Anglia erat, metuendi; idq; cur in Galliam ſeceſſit, vere in cauſa fuiſſe: Sed ſi Parlamento morem gerere apud ſe ſtatuerat, vanus hic adeo timor fuerat, ut ſpecioſus prætextus, quam vera, cur fugeret, cauſa eſſe videtur.

Exſcenſionem quidem cum non modica manu Princeps fecerat, Rexq; ab aliquibus ſubditis ejus, qui pro Principe declararunt parteq; exercitus ejus, qui in illius caſtra tranſierat, deſtitutus erat; quod illi, ſat erat con-

 cedo,

cedo, rem acie decernere, ejus non interfuisse, suspicari, spemq; illi, quod immodice appetierat vincendo consequendi præcidere ; sed, si Senatum cogere, ad eumque gravaminum omnium medelam deferre voluisset, se minus securum fuisse, non erat, cur censeret: Qui pro eo, adversus Principem, juraq; sua & religionem dimicare noluerunt, eum contra vim omnem rutum præstare voluissent. Justa illi, cur hoc crederet, causa erat, cum nihil ultra Princeps flagitavit, nec quidquam ultra Declaratione sua (idq; dicta factaq; eorum omnia clamabant) Sociati prodidere, quam quod pro Principe starent usq; dum de Religione nostra, Legibus, juribusq; in tantum, libero in Parlamento, cautum est, ut ultra periculum non erit unquam in posterum, in Servitutem & Papismum incidendi. Et quia hoc denegatum est, Princeps *Daniæ*, Dux *Graftonæ*, Baro *Churchil*, & e Nobilibus alij eum destituerunt ; & cum iter illi in *Galliam* intercl[illegible]sum esset, ipseq; *Londinum* redijt, gratulationibus publicis, quibus, dum per *Londini* compita transierat, exceptus est, quam nullo fere in discrimine ipse esset,

set, facile convinci potuisset; cumq; ipsum illud animadvertisse, dicitur; quod, licet Religionem ejus odio habebant, ipsius diligebant personam.

Si demum nulla nupero Regi justa causa erat, cur sibimet metueret, modo per liberum Parlamentum gravamina omnia curare voluisset; si justa subditis causa erat, cur eum ideo se subduxisse cum jure suo censerent, ne in Parlamento, populo gratificari cogeretur; si, ut gravamina omnia levaret, eum manere voluisse, nusquam liquet; si se salvum fore, illi constitisset, quod Ordines fecerunt, non sine gravi causa & necessitate eos feciſſe, mihi videtur; casum hunc ad supremum ordinum judicium spectare certo constat. Cum enim vacat solium, quibuscunque rationibus vacet, eorum est, qui supplendum est, ponderare. Et in istiusmodi casibus, publico judicio, non privatæ quorundam rationi, nobis standum est.

Sed ponamus eum summa, vel maxime, cum ratione metuisse, quisnam in has angustias eum conjecit, expendere oportet; si enim penes ipsum prorsus culpa fuerat, terrores illi incussi, excusatio

cusatio æque frivola sunt, atq; gesta illa enormia, quæ primum universæ Genti, dein sibimet terriculo fuere. Quod ipse jamjam fecerat, Principem *Auriacum* simul, atq; *Angliæ* subditos in eo quod ipsi egere, excusabat; & si ipe solum deliquerat; si ex propria mala Administratione timuit, timorq; eum secedere coegit, quod Abdicavit, non minus ipsi imputabile, quam quod male administravit, tumq; honeste admodum subditi, ansam seipsos liberandi quam ijs dederat, arripere poterant.

Causæ justissimæ erant Principi *Auriaco*, nunc Regi nostro gratioso faciendi quod fecerat. Proxima præsumptiva hæres Coronæ *Angliæ* erat illius Principissa, jureq; illius reformata hæc regna propugnare & defendere, eousq; minimum, atq; successioni cavere, illius proxime intererat.

Anglicani Imperij statum fundamentalem, pra propere admodum nuperus Rex eversum ivit, Leges nostras, jura, & religionem mutatum: Hocq; ut perficeret simul & firmaret, Potestatem omnem tam civilem quam militarem Papistis deferre quam ocyssime poterat, satagebat;

satagebat. Quam maligne hoc Protestantibus Hæredibus & Successoribus portendebat (præter præsentem subditorum expilationem) quilibet perspiciebat; præsertim cum Reginam, Principem *Walliæ*, qui Coronæ hæres esset, enixam fuisse obtendebatur. Si hoc, quod mature adeo, ut rite corruptelæ corrigerentur, caverit, Principem *Auriacum* non purgabit, quibus sinedubio successio interversa fuisset, ejusq; jus præcisum, si ultra prorupissent, male, credo, cum Coronæ Hærede agitur: Paulo serius enim fortean sit illi, expostulare, cum alter se solio ingessit. Ut *Angliæ* Parlamentum, successionem constabiliret insolens quid non est, etiam dum Rex superat, & ut illi caveatur, omnimode providere; & si dum supereſt Rex, fieri hoc potest. justa Principi causa erat ad Parlamentum liberum cur provocaret, illudq; ut impetraret, arma sumeret, quod humillimis compellationibus votisq; subditi impetrare non poterant; nec quid aliud, quo eum adeo terrefaceret, a Principe factum. Et si minus fecisset, jure suo quadantenus cessisset, uti nunc solio ejus cessit Rex *Jacobus*.

Quod

Quod ad *Angliæ* ſubditos attinet, conſtitit major Populi pars, Regiq; *Jacobo* nec reſtitit, nec ſupperias tulit, licet Principi univerſim bene voluit; & quid in hoc deliquere? Vel maximi paſſivæ obedientiæ cultores, ſe, Regi ſervire, eumq; in illicitis ejus vexationibus, inve Leges, jura, patrijq; ſoli Religionem, excurſionibus ejus, tueri, non teneri, palam prædicabant; nemo enim, jure teneri poteſt, pro Rege contra jura pugnare: Jus enim Regis, quod Lege tantum jus eſt, Legibus omnibus ſacroſanctum magis eſſe nequit; & pro una Lege adverſus omnes alias Leges contendere, periniquum videtur; pro Rege pugnare, noſmetipſos, alioſq; omnes ſubditos illius, ut mancipemus.

Cum exercitu in *Angliam*, liberum Parlamentum flagiratum venit *Auriacus* Princeps, malas verſationes emendatum, & ſucceſſioni, noſtris juribus, ſacriſq; quæ manifeſto erant in diſcrimine, cautum. Quid nunc facerent *Angliæ* ſubditi? Num pro Rege *Jacobo* contra Principem pugnarent? Quid aliud, quam adverſus liberum Parlamentum, jura noſtra, ſacraque, illud

illud fuisset pugnare? Potestantes ij qui nunc Regis nuperi acerrimi sunt fautores, his ipsis de causis, tum, ne pro eo arma capere cogerentur, semet excusarunt. Et tamen *Angliæ* subditi, quod contra Principem *Auriacum* Regi suo suppetias ferre abnuerint, coargui nequeunt, id enim ab ijs nunquam exactum: Nova nulla mandata ijs concessa erant, sine quibus, aliqui putant, secundum juris rigorem, non sine scelere, licet in Regis præsidium fuisset, arma sumere potuissent.

Et si Tempestas adeo lubrica, cum duo intra Regnum exercitus grassati sunt, generosos illos, qui arma sumpserunt, ijsq; se defendere parati erant, non purgabit, periniquum videtur; quodq; a parte Principis stare præ se tulerunt, usq; dum prave gesta omnia a libero Parlamento essent emendata, nil amplius fere mihi videtur, quam quod ij ipsi, qui nunc juramenta detrectant, Episcopi fecere; cum id enim ab ijs exactum, Detestationem Principis Apparatus subsignare noluerunt; & Baronum ad Principem compellationi, in Senatoria curia *Londinensi*, viz. *Guildhal*, manus apposuere, in qua, cum

cum eo, ut Liber Senatus indiceretur, ſe operam daturos ſpondebant.

Et ſi neq; Princeps, nec *Angliæ* ſubditi in eo quod fecerunt, erant coarguendi, in promptu eſt, in quem culpa omnis conferenda ſit, conjicere: Et ſi conſulto ipſe effecit ut ſolium vertere cogeretur; potiuſq; habuit ſolio exire, quam æquis Principis, ſubditorumque ejus poſtulatis annuere, ijs de cauſis ſeceſſit, ob quas ſubditis fas & neceſſum erat alium ſufficere.

Si vera hæc ſint Principia, diſertis nos promptiſq; ad difficultates omnes quæ ad præſens ſpectant ſtabilimen, reſponſionibus inſtruunt; quod velut integri hujus tractatus caput ſtrictim obſervavero.

1. Uti primo, numnam nuperus Rex *Jacobus*, etiamnum de Jure ſit, vel de jure Rex *Angliæ* eſſe debeat. Unicum, quo reſiduum Regis *Jacobi* jus probatur, eſt argumentum, eum ligitimum Coronæ hæredem fuiſſe, riteq; & licite ea politum, ideoq; legitimum etiamnum eſſe, vel eſſe debere, Regem de jure.

Num vero ex prædictis, & ut ſpero, probatis, ad hoc diſerta eſt Reſponſio.

sio. 1. Quod, quoad successionis jus, *Angliæ* subditi illud agnovere, neque illi, cum civitatis omnibus Coronationis ritibuus & cæremonijs, coronam contulere; de eo ideo non contenditur: Sed quæritur utrum Regi, qui coronam vel amittit, vel alteri confert, vel relinquit, regiaq; potestate excidit, novum successionis jus, cum sedes regia rursus suppletur, competat, *i. e.* num, si coronam dimittat, sibimetipsi hæres & successor esse poterit, & hæreditatis jure a se abdicatum regnum repetere.

2. Quod aliquando Rex legitimus erat, eum Regem etiamnum esse non arguit: ad relationem enim jus licitum, licitaq; relatio possint divelli: Rex non esse possit, cui olim jus licitum, licitaq; Regni erat possessio; Rexq; legitimus, vel ijs, quem Lex Regem esse recognoscit esse possit, cui proximum antegressum jus ad regnum non competabat. Licet in relationibus quæ natura nituntur, jus & relatio sejungi nequeunt, in legalibus tamen possint. Et si, cui erat, vel est ad coronam jus licitum, Rex esse possit desinere, obsequium illi nullum, id

enim Regi ſolummodo debetur, ſubditi poſſunt debere.

3. Quod Rex aliquando legitimus erat, illi jus ullum, ut num Rex ſit, competere, non probat: Jus enim legale (uti eſt ad Coronam jus) Victoria amitti, vel Abdicatione dimitti, vel Deſertione poſſit. Quodq; Rex nuperus ita deſeruit, eo ut non fas ſolum, ſed & ſubditis neceſſum eſſet alium illi ſubrogare, jam jam probavi. Adeo ijs, qui Regis *Jacobi* juri inſiſtunt, non ſatis eſt ut dicant quod coronæ hæres legitimus fuerat, Rexq; legitimus, quod illud unicum eſt quod prætundunt: Rex enim legitimus licet aliquando fuerat, neq; Rex nunc eſſe poſſit, neq; jus illi, ut ſit, poſſit competere.

II. Alia eſt Quæſtio, Num Rex *Gulielmus*, & Regina *Maria*, Rex & Regina *Angliæ* de Jure, ſint.

Jam ſi ante prætenſum Principis *Walliæ* ortum Rex *Jacobus* vita functus fuiſſet, Quæſtio hæc non eſſet, tunc enim Regina *Maria* indubitata hæres Coronæ audijſſet, illiuſq; jure, Principiſſæq; *Annæ*, ab Ordinibus permiſſo, rati habitoq; aſſenſu, legitimus Rex,

Rex

Rex *Gulielmus* fuisset. Jam si jure suo una & Corona Rex *Jacobus* cesserat, Ordinibusq; si ijs ita collibitum erat, jus erat, alium illi sufficiendi, non magis nuperi Regis nomine, jus obtendi potest, atq; si decessisset: Quodq; ad prætensum *Walliæ* Principem attinet, adeo ad summum, de ortu ejus ambigebatur, ut non erat cur in illius gratiam, proximum indubitatumq; hæredem Ordines rejicerent; præsertim cum dubium illud, uti Princeps tunc *Arausionensis* fecerat, Parlamento deferre detrectabat; & ut ut de nativitate ejus constitisset, nisi Regem nuperum rursus admitteremus, ejus compotes esse non potuimus. Quæ satis justa Ordinibus causa erat, cur se controversiæ illi non immiscerent, sed proximum, qui se offerebat, hæredem, in solium efferrent. Rex seipsum subduxit, eumq; quem *Walliæ* Principem nuncupabat, ut quem Regem instituremus, licet quam maxime id voluissemus, non haberemus, sibimet præmisit; & si Regia omnis familia eodem pacto diffugisset, vel amandata fuisset, cur Regem novum, æque ac si familia omnis Regia interijsset Ordines

cooptare non potuiſſent, cauſam nullam perſpicio. Et ſi vera hæc ſit, uti eſt, caſus ratio, utrum præſentes ſuæ Majeſtates de Jure, Rex & Regina ſint, altercatio nulla eſſe poteſt.

III. Tertia Quæſtio eſt, Quouſq; ij, quibus, numnam nuperus Rex *Jacobus* jure ſuo excidit, præſenſq; Rex & Regina rite inſtituuntur, eos agnoſcere, ijſq; obſequium præſtare poſſint; privatis ſuis Sententijs, non ſatisfit.

Jam ſi modo, rem hanc diſceptabilem eſſe admittimus, de legalibus Juribus diſceptationes omnes ab authoritate licita dirimantur oportet; & privatorum eſt ſubditorum iſtiuſmodi diremtionibus, niſi controverſorum quorundam jurium gratia civitates convellere volumus, acquieſcere. Cum rem hanc demum (qui in ſummo ſunt, ſede Regia vacante, imperio) Regni Ordides deciderunt, nil id privatorum ſubditorum nunc refert. In rebus, quæ civilem ſpectant dominationem, publico ijs judicio ſtandum eſt, quod, ubi de civilibus tantum legalibuſq;, non de naturalibus moralibuſq; juribus diſceptatur, civilis obedientiæ norma eſt moduſq; : Eum pro Rege ſuo privati ſubditi

subditi recognoscant oportet, qui regia potestate aRegni Ordinibus est indutus, ad quos solos de ejusmodi rebus pro Imperio judicare, spectat.

IV. Sed novissima, omninumq; gravissima adhuc restat difficultas, ponendo, *viz.* cum militari manu, coronam repetitum excensionem faceret Rex *Jacobus*, quid *Angliæ* subditi facere, in conscientia tenentur? A qua parte eos consistere oportet? Utrum pro nupero Rege *Jacobo* adversus præsentes suas Majestates, an pro ijs, adversus nuperum Regem *Jacobum*, ijs dimicandum est?

Jam si Rex *Jacobus*, coronam, cum ad eam, jure amisit, Rexq; *Gulielmus*, & Regina *Maria*, jure Regnum tenent (quod, rem ipsam esse censeo) argui hoc non vult; nos enim pro legitimo Rege nostro & Regina, adversus eum, qui fuit quidem, sed nunc Rex non est, nec unquam in posterum, jure, esse potest, dimicare oportere certo constat.

Sed non plane opus est juri ut insistamus, sufficit rei decidendæ, solum dicere, juxta Veræ leges pro Rege nostro, eum contra, qui Rex non est,

nobis esse dimicandum; Rexq; est, quem Regem esse illæ agnoscunt; *i. e.* Qui a Regni Ordinibus, usitatis omnibus cæremonijs, Regia potestate est indutus. Legali institutione, Legalis fit Rex, utq; tali Regi simus obsequentes, Leges imperant; jureq; jura legalia æstimantur. Quodcunq; demum Princeps quivis, juris ad purpuram possit obtendere, si ut privati subditi contra licitum possessorum de istiusmodi juribus cognoscerent, Lex non permittit, si minus delet, minimum tamen circumscribit, suspendit, inq; istiusmodi casibus, istiusmodi jura, ut subditis sint atque si nulla essent, ponit. Utque Lex jura potest Legalia condere & instituere, ita & cancellos ijs potest ponere, quibusq; in casibus, quosq; quoad effectus momentaq; jura erunt, (juraq; ultra legalia non sunt) statuere.

Observare insuper attinet, Legem, ut de civilibus, liciisq; juribus, armis disceptetur. deq; ijs statuatur, non permittere: Jus enim publicum, politiamq; id est convellere; nulliq; ideo subditi, Terræ Legibus, unquam, adversus justum Possessorem, pro jure

ſuppoſito vel ſimulato, dimicare, poſſunt teneri. Pro Rege noſtro pugnare, Perſonam illius, Coronam, dignitatemq; tueri, pro Rege tamen eſt quem jura Regem eſſe agnoſcunt, *i. e.* qui a Regni Ordinibus regia poteſtate indutus eſt, req; dominatur, tenemur. Fundamentalem juxta civitatum omnium ſtructuram, de legalibus juribus controverſiæ, poteſtatis idoneæ calculo, non Armis decidantur oportet, quibus, Quæſtio nulla, niſi quæ pars præpoteſt, decidi poteſt. Adverſus noviſſimæ poteſtatis placitum, ad arma provocatione, interit Legum auctoritas, eaq; per conſequens civile obſequium & defenſio neutiquam conſtant. Tumq; qui pro mero Principis jure, (ut ut de jure ſuo ipſe cenſere poſſit) contra juſtum Poſſeſſorem, pugnare, ſubditi ulli tenerentur, divinare non puſſum. Neq; hoc pro iniquo eſt pugnare, æquumve adverſus, ubicunq; illud eſſe ponamus, nec enim pro vel contra alterutrum pugnamus. Quod a civitatum Legibus, ipſoq; ingenio alienum eſt; at qui contra omnes illius, tam domi quam foris, utt Terræ Leges exigunt, hoſtes, pro Rege noſtro dimicamus. Et

Et qualecunq; Principi cuivis jus competit, cum Armis de eo disceptare adoritur, adversus eum, Possessorem, possint, debentq; subditi tueri, deq; jure Controversiam, idonei Tribunalis judico decisionique relinquere: Ita Princeps *Auriacus*, nunc Rex noster, fecit; armatus licet venit, non armis erat causam illius agere, sed ad liberum Parlamentum eam reijcere, taleq; armis Parlamentum comparare, quod Armis solummodo erat impetrabile.

Cum Princeps, summatim, jus, armis, illius, persequitur, eum proprio contentum esse, raro usuvenit; si potiatur diadhemate, una subditorum ejus jura omnia sibi arrogat, victorq; qualem qualem velit potestatem, politiamve, gladio possit describere: Ideoq; ut, ut in hæredem legitimum obligati subditi ponerentur, ut domitor evaderet, opem suam conferre, quod est e liberis se servos facere, si ita illi visum fuerit, non tenentur. Pro jure illius dimicare, nisi proprio, patriæq; solii juribus & privilegijs contra eundo, nequeunt; quod, Rempublicam, ut de rerum summa armis decernetur, nullam permittere posse, facile est documento

mento. Talia quidem inciderunt, incidentq; ; ſed iſtiuſmodi caſibus quid in conſcientia ſubditi facere teneantur, quæritur. Et niſi ſemet patriamq; in ſervitutem redigere tenentur, perpeti ; multo minus, ut quivis Princeps, qualeſcunq; ſint illius prætextus , diademate potiretur ; juvantes eſſe, nunquam teneri poſſunt, contra quemvis Principem validum hoc argumentum, qui ſolio ſemet quod ab Ordinibus Regni etiamnum diſtributum eſt, ingeret; ſed in caſu noſtro præſenti irrefutabile eſt. Melius nuperum Regem *Jacobum* novimus, quam ut victoriam ei & triumphos, ſi per nos ſtare poſſit, concrederemus ; meliuſq; Regem *Gallicum* callemus, quam ut legiones illius, ſi eas arcere poſſumus, admitteremus ; ijq; quibus Religio eſt, Patriæ ſuæ ſubigendæ, nupero Regi auxilium ferre, alia ratione quam argumentis, convicti ſint, oportebit.

FINIS.

Books lately Printed for R. Cumberland, *at the* Angel *in St.* Paul's Church-Yard.

THE Government of the Thoughts: A prefatory Discourse to the Government of the Tongue. By the Author of *The Whole Duty of Man.*

Reform'd Devotions, in Meditations, Hymns and Petitions, for every Day in the Week, and every Holiday in the Year. Divided into two Parts.

Horological Disquisitions concerning the Nature of Time, and the Reasons why all Days, from Noon to Noon, are not alike 24 Hours long. In which appears the Impossibility of a Clock's being always kept exactly true to the Sun. With Tables of Equation, and newer and better Rules than any yet extant, how thereby precisely to adjust Royal Pendulums, and keep them afterwards, as near as possible to the apparent Time.

With

With a Table of Pendulums, ſhewing the Beats that any Length makes in an Hour. A Work very neceſſary for all that would underſtand the true way of rightly managing Clocks and Watches. By *J. Smith*, C. M. To which is added, The beſt Rules for the Ordering and Uſe both of the Quick Silver and Spirit Weather-Glaſſes: And Mr. *S. Watſon*'s Rules for adjuſting a Clock by the Fixed Stars.

The Batchelor's Directory: Being a Treatiſe of the Excellence of Marriage. Of its Neceſſity, and the means to live happy in it. Together with an Apology for the Women againſt the Calumnies of the Men.

At which Place, Gentlemen may be ſupplied with all ſorts of Acts of Parliament, either old or new.